INSTITUTIO

THEORETICA

AD

ELOQUENTIAM

EXEMPLIS ADORNATA,

quam

IN USUM CANDIDATORUM STUDIORUM HUMANIORUM

Conscripsit

JOS. VALERIUS MATTEL,
Scholarum Piarum Provinciæ Bohemiæ Sacerdos, Professor classium Humanitatis in Cæs. Reg. Gymnasio Neo-Boleslaviensi p. o. nec non adprobatus Professor Pædagog. et Catechet. &c.

Neo-Boleslaviæ, typis Philippi Gerzabek.

1837.

Bayerische Staatsbibliothek München

Div 129

Bayerische
Staatsbibliothek
München

SERENISSIMO

DOMINO DOMINO

AUGUSTO LONG. PRINCIPI

DE LOBKOWICZ,

DUCI IN RAUDNICZ AD ALBIM, CELSISSIMO COMITI IN STERNSTEIN, DOMINO IN MELNIK, BISSIC, DRHOWLE, CŽIŽOWA ET SEDLICZ, SACRÆ CÆS. REG. APOST. MAJESTATIS OLIM CANCELLARIO AULICO, ACTUALI INTIMO CONSILIARIO ET CAMERARIO, PRÆSIDI C. R. CAMERÆ AULICÆ QUOAD REM NUMARIAM ET MONTANISTICAM, PRÆSIDI SOCIETATIS PHILHARMONICÆ IMPERII AUSTRIACI,

Equiti cæs. reg. Austriaci Ordinis Leopoldini Magnæ Crucis, Equiti cæs. russ. polonic. Ordinis albæ Aquilæ, actuali membro musei nationalis in Bohemia, privatæ societatis ad sublevandos pauperes, Conservatorii Musicæ, societatis patrioticæ ad promovendas artes, societatis pomologicæ nec non philharmonicæ quoad sacra Pragæ, ad sustentandos occupandosque cœcos adultos in Bohemia membro ad honores, societatis ad promovendam musicam quoad sacra Viennæ, societatis agrariæ in Carniolia, nec non Scientiarum societatis Universitatis Krakoviensis membro ad honores &c.

Viro egregio

de litteris, patria, et civitate meritissimo, omni honoris ac venerationis cultu per vitam pie devenerando,

in singularis observantiæ testimonium Institutiones has ad Eloquentiam

dedicat

devotissimus **AUCTOR.**

Necte meo Lamiæ coronas
Pimplea dulcis! Nil sine te mei
Possunt honores. Hunc fidibus sacris,
Hunc Lesbio sacrare plectro
Teque, tuasque decet sorores.

Horat. Carm. L. I. Od. 26.

Serenissime Princeps!

Singularis TUA modestia, qua multiplicem profundamque Tuam illustras eruditionem, incredibilis illa, quæ late patet, mansuetudo ac humanitas, qua unumquemque et docentium et discentium amplecteris, eorumque animos ad optima quæque audenda ac majora semper speranda soles incitare, me quoque TIBI, devinctum tenet et occupat. Præclaras has virtutes privatos inter parietes mecum reputans, quum huc usque tacita solum veneratione et candida laudum Tuarum commemoratione colui atque prosequutus sum: apud animum constitui meum, ut publico aliquo specimine, quanti TE habeam, quave memoria apud me Tua custodiantur merita, præclaraque TUI Nominis Gloria, faciam testatum. Scio enim, nihil TIBI PRINCEPS SERENISSIME! accidere gratius, jucundius nihil, quam si quem indefesso virium conatu pro salute litterarum contendentem conspicis. Hoc igitur auspicio, Tuoque imprimis præsidio auxilioque fretus mei erga TE animi indicium percommoda hac occasione demonstrandum censui, dum hæ institutiones

ad eloquentiam, quas in commodum studiosæ juventutis conscribere atque adornare placuit, luci publicæ redderentur.

TIBI ergo, PRINCEPS SERENISSIME, opellam hanc meam dicatam volui, Tuoque Clarissimo Nomine primam libri paginam insigniri, ut sic omnibus meo liqueret exemplo, quanta sis in Professores humanitate, quanta benevolentia et benignitate; simul etiam immortalitati laudum Tuarum quodammodo satisfieret. Plurima hic referri possent de innumeris Tuis in patriam, remque scholasticam, cui jam olim Budvicii, ubi Te cuncta civitas, omnesque ordines clementissimum ejusdem circuli præsidem, et Gymnasii directorem vigilantissimum venerabantur, sapientissime non minus quam studiosissime præeras, meritis, ita ut nunquam e memoria gratorum civium Musarumque excidat celebratissimum nomen Tuum. Ast quid opus est levi litterarum testimonio, cum graves inclytæ famæ Tuæ, quam in turbulentis rerum tempestatibus gravissimisque temporum circumstantiis consecutus es omnino singularem, habeas testes et Nobilissimos atque Excellentissimos. Et si olim

licuit Ciceroni Marcelli causam agenti, Cæsaris gloriam famamque extollere, quis quæso, qui Te novit, non ultro mecum publice fateatur, eodem ne dicam arctiori forsan vinculo nostros TIBI obstrictos esse animos, quo illi civium romanorum Cæsari fuerunt, adeoque in ejusdem Ciceronis verba erumpere nos oportere: TE, quem præsentem intuemur, cujus mentem sensusque cernimus, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua benevolentia complectemur? —

Conscripsi has institutiones ad Eloquentiam eum in finem, ut studiosa juventus subjectis velut facibus inflammetúr ad artem utriusque eloquentiæ sedulo ac libenter condiscendam, atque ut apud nos maiora indies incrementa capiant litterarum studia, et uberrimus ex institutione scholastica redundet fructus in rempublicam.

Quapropter enixe quæso, **PRINCEPS SERENISSIME**, ut me **TUO** complecti favore non dedigneris, meaque studia, scholæ et Patriæ hactenus dicata, Tibi habeas commendata. Cumque vires non suppetant, Tuis respondendi meritis, Deum omnis boni Remuneratorem Optimum Maximum de-

votis invoco precibus, velit TE Musarum Patronum atque Promotorem benevolentissimum quam diutissime sospitem ac incolumem servare atque tueri, vires etiam Tuas reficere in Patriæ commodum et salutem, Tuorum gaudium, clientum denique solatium. Hæc optat, hæc cupit, hæc precatur

NOMINIS TUI

Budvicii mense Augusto 1834.

cultor devotissimus

AUCTOR.

INSTITUTIO THEORETICA

ad

ELOQUENTIAM

exemplis adornata,

quam in usum Candidatorum Classium Humanitatis

conscripsit

JOS. VALERIUS MATTEL,
Scholarum Piarum Provinciæ Bohemiæ Sacerdos, Professor classium Humanitatis in cæs. reg. Gymnasio Neo-Boleslaviensi p. o. nec non adprobatus Professor Pædagog. et Catechet. &c.

PARS I. & II.

Vinci indecorum non est, et contendere gloriosum.

Præfatio.

Quamquam me non latet, multos doctissimos atque in omni scientiarum genere versatissimos viros existere, qui præclaris operibus suis tum oratoriam, tum poëticam artem illustrarent; tamen quæ nostra ætate tyronibus utriusque eloquentiæ in scholis proponi possent scripta, et ad normam libri scholastici in Gymnasiis prælectionibus publice habendis idonea et adcommodata essent, hodiedum desiderantur. Hoc voto, quod ipse jam dudum senseram, ductus, hasce institutiones theoreticas ad Eloquentiam conscripsi exemplisque adornanda censui, eum in finem, ut ita et temporum et studiorum nostrorum necessitati quodammodo mederi possem. Etsi non sunt nova neque incognita, quæ tradenda propono; sunt tamen eo cum delectu solertissime in ordinem congesta, ut et ingenio et captui studiosæ juventutis adcommodatissima, et genio ætatis nostræ convenientissima esse videantur; neque alio spectant, atque ut studiosa patriæ juventus subjectis velut facibus ad utriusque eloquentiæ artem sedulo ac libenter condiscendam inflammetur.

Placuit igitur ea, quæ optima et usibus meis alumnorumque meorum servitura reperi, solerter colligere, factoque delectu ea ipsa, quæ copiose ab aliis tractabantur, veluti in pugnum contracta cum discipulis meis communicare, in id maxime intentus, ut juventus stadium humaniorum studiorum egressa ad altiora præpararetur. Uberrimus sane ex institutione scholastica redundat fructus in rempublicam, cui nullum aut majus aut melius adferri munus posse, quam si doceatur erudiaturque juventus, Cicero

ipse testatus est. Quare in præceptis tradendis in id maxime incubui, ut exemplorum copia eadem et illustrarem, et imitationis studium excitarem, quæ in scribendo adeo est necessaria, ut hac neglecta omnis labor optato careat eventu. Præterea cum persuasum habeam, multos nostrorum adolescentum, qui eloquentiæ vacant, non adeo in latina quam in vernacula linqua olim vel dicturos esse vel scripturos, linquæ nostræ patriæ simul rationem habui, ne forte veterum cognitione instructi suæ gentis et linquæ hospites et peregrini esse videantur, ea tamen conditione, ut aurea illa antiquitatis eruditæ monumenta, quorum studium ipsius humanitatis disciplina vocatur, quæque ad augendam mentis animique culturam sensumque venusti acuendum informant, tamquam primaria ante oculos veluti speculum habeant, eorumque solida eruditione ceu basi et exemplari perfectissimo ad alia excitentur.

Quæ e Logica et Psychologia hic præmittuntur, adeo sunt necessaria, ut sine istis prænotionibus quævis institutio oratoria et poëtica vana aut ambigua existat aut obscura. Et si recte sapere optimum est bene dicendi præsidium, præcepta Logicæ et Psychologiæ complura ab institutione ad Eloquentiam nequeunt separari. *)

Quæ dum exhibeo, nihil aliud opto, atque ut fructus e studio humaniorum litterarum in juvenes redundet amplissimus. Prodesse enim et semina amoris ac studii litterarum animis juventutis patriæ inserere, in hoc omnis labor meus et conatus versatur.

Bohemo - Budvicii
Mense Augusto 1834.

AUCTOR.

---

*) Unvergeßlich bleibt uns der früh verewigte Prof. Carus, dieser biedere Menschenfreund und geistvolle Menschenkenner, welcher die Nothwendigkeit einer genauen Verbindung der Rhetorik mit der Psychologie lehrte und begründete.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Prolegomena in Eloquentiam.

Notio humanitatis.

§. 1.

Quod nos bonas seu pulchras litteras (schöne Wissenschaften) dicimus, Græci artes Musarum (Künste der Musen) appellarunt, quo nomine id propemodum designabant, quod Romani per litteras humaniores vel studia humanitatis intellexerunt; nimirum *id*, quod hominem informat, et quo data nobis a Deo prærogativa sermonis, intellectus, rationis, socialitatis, communicationis et efficaciæ in alios ad utilitatem et commodum totius humani generis supra reliqua entia evehimur, docemurque, qui esse, quomodo nos gerere atque excolere oporteat.

Aliter hæc studia, plures insuper alias auxiliares scientias complectentia,*) vocabantur artes ingenuæ et liberales, quia a solis hominibus ingenuis ac liberis exercerentur. Item disciplinæ elegantiores, quod ad vitæ morumque elegantiam mirifice conducerent; quam adpellationem hodiedum apud Germanos et Gallos etiam obtinent, (die schönen, die freyen Wissenschaften, les belles lettres). Denique litterarum humaniorum aut etiam humanitatis nomine insigniebantur. Sunt igitur *studia humaniora* artes, quæ ad humanitatem pertinent, ad *humanitatem* informant (Wissenschaften, die uns menschlich machen, die uns zum Menschen bilden), qua de re elegans exstat locus Aul. Gellii Noct. Attic. XIII. 16. Qui verba latina fecerunt, quique his probe usi sunt, humanitatem non id esse voluerunt, quod vulgus existimat, quodque a Græcis φιλανθρωπια dicitur et significat dexteritatem quamdam benevolentiamque erga omnes homines promiscuam; sed humanitatem appellaverunt id propemodum, quod Græci παιδειαν vo-

*) Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur. Cic. in Orat. pro Archia c. 1.

cant, nos eruditionem institutionemque in bonas artes dicimus, quas qui sincere percipiunt adpetuntque, hi sunt vel maxime humanissimi. Hujus enim scientiæ cura et disciplina ex universis animantibus soli homini data est, idcirco humanitas (Menschheit, Menschlichkeit, Menschenrecht, Menschenpflicht, Menschenliebe, Menschenwürde) adpellata; quo respectu ad omnem hominem qua civem pertinere videtur. Sensu autem strictiori sola Poesis et Rhetorica studia humaniora dicuntur. Recentiores Poesim et ex parte Rhetoricam revocarunt ad scientiam, quam dicunt Aestheticam, a græco αἰσθανομαι sentio, quæ est scientia pulchri et sublimis in operibus humanis.

Sunt itaque litteræ humaniores insigne imo necessarium aliarum scientiarum vehiculum eximiumque decus, atque ideo magna cum industria colendæ a quovis, qui hoc praesertim politiori aevo aliquam in litteris laudem consequi desiderat memor Ovidii aientis:

— — — Dedicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros;

Treu sich den Künsten weih'n,
Macht uns're Sitten mild,
Und lehrt uns menschlich seyn.

So pries auch ein Römischer Dichter, Lukrez, Einen seiner Lieblinge der Vorwelt, und er hat mehrere derselben als Genien unsers Geschlechts, als Götter und Sterne an den Himmel gesetzt, weil sie Lebensweisheit und Humanität unter den Menschen gegründet und befördert haben. Keiner seiner edlen Mitbürger ist ihm hiebei in Wort und That nachgeblieben.

Viele Oden des Horaz, noch mehr aber seine Sermonen und so genannte Satyren sind feine Bearbeitungen der Menschheit; sie haben alle, wenigstens mittelbar, zum Zweck, einen Umriß in das rohe Gebilde des Lebens zu bringen, die Ideen und Sitten jener Person, dieser Stände nach dem Richtmaaß des Wahren und Guten, des Anständigen und Schönen zu ordnen. Persius, Juvenal, Lucan und andere wirken dahin, jeder nach seiner Weise; vor allen aber bezeichnet Virgil, wo er kann, seine Gesänge mit einem zarten Druck der Menschenliebe. Unmöglich ists, daß ein Mann oder Jüngling, dem das Innere dieser Heiligthümer aufgeschlossen wird, sein Inneres nicht durchdrungen und zu einer Form gebildet fühlte, die ihm vielleicht wenige neuere Schriften gewähren. Es ist, als ob jenen großen Autoren die Menschheit reiner vorstand, oder als ob sie mehr Kraft gehabt hätten, auch unter allen Unarten der Zeit, ihre wahre Gestalt lebhafter anzuerkennen, stärker und reiner zu schildern; wozu denn, nebst vielem andern auch ihre Sprache und der Begriff beitrug, den sie sich von Poesie machten.

Doch nicht bei Poesie allein blieb diese Bildung stehen; trotz alles Harten und Drückenden zeigt sie sich auch in der Römischen Geschichte. Man lese im Cornelius des Atticus, in Sallust Catilina's, in Tacitus Agricola's Leben, vor allen aber den letzten, den wegen seiner dunkeln Härte so berüchtigten Tacitus; und man müßte ein entschiedener Barbar seyn, wenn man in ihnen die tiefen Züge ächter Humanität nicht bemerkte. Tacitus beschreibt die gräuelvollsten Zeiten, die lasterhaftesten Charaktere; er deckt einen Abgrund von Sitten und einer Regierungsform auf, vor dem man schaudert; zeige man in ihm aber ein einziges Gemählde solcher Unthaten und verderbten Seelen, das er nicht in das Licht gestellt hätte, dahin es gehöret! Wer uns keine Umschreibung, sondern eine Uebersetzung dieses Geschichtschreibers in seinen Umrissen, in seiner Physiognomie gäbe, könnte nicht anders, als den Sinn der Menschheit auch für unsre Zeit tausendfach erwecken und bilden.

Lassen sie uns also glauben, daß Jung und Alt in beiden Geschlechtern, wenn es die Schriften der Alten in ihrem Geiste lieset, nicht anders als zur Humanität bearbeitet werden könne.

Die barbarische Rinde des Herkommens, die uns von aussen angesetzt ist, muß einigermaaßen gebrochen werden, wenn wir andere Menschen zu einer andern äußerst verderbten Zeit männlicher denken, würdiger sprechen hören. Wir werden aus unserm Todesschlafe geweckt, und lernen in strengern Umrissen kennen:

„Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quam mollis flexus, et unde,
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Utile nummus habet, patriæ carisque propinguis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus esse
Jussit et humana qua parte locatus es in re —
Discite, o miseri et caussas cognoscite rerum."

II. Die Griechen hatten das Wort Humanität nicht; seit aber Orpheus sie durch den Klang seiner Leyer zu Menschen gemacht hatte, war der Begriff dieses Wortes die Kunst ihrer Musen. Ich bin weit entfernt, die griechischen Sitten und Verfassungen zu jeder Zeit und allenthalben als Muster zu preisen; das kann indessen nicht geläugnet werden, daß das

emollit mores nec sinit esse feros

mittelbar oder unmittelbar der Endzweck gewesen, auf den ihre edelsten Dichter, Gesetzgeber und Weise wirkten. Von Homer bis auf Plutarch und Longin ist ihren besten Schriften bei einer großen Bestimmtheit der Begriffe eine so reizende Cultur der Seele eingepräget, daß, wie sich an ihnen die Römer bildeten, sie auch uns kaum ungebildet lassen mögen. Denn, wenn in spätern Zeiten bei irgend einem Schriftsteller, er sei Geschäftsmann, Arzt, Theolog oder

Rechtslehrer, eine feinere, ich möchte sagen, classische Bildung sich äußerte, diese meistens auch auf classischen Boden, in der Schule der Griechen und Römer erworben, der Sprößling ihres Geistes gewesen. Wie die griechische Kunst unübertroffen, und in Absicht der Reinheit ihrer Umrisse, des Großen, Schönen und Edeln ihrer Gestalten, allen Zeiten das Muster geblieben; fast also ists auch, Weniges ausgenommen, mit den Vorstellungsarten des menschlichen Geistes. Was wir kraus sagen und verwickelt denken, gaben sie hell und rein an den Tag. Die Kritik des Geschmacks endlich, ja die reinste Philosophie des Lebens, woher stammen sie als von den Griechen? In den schönsten Seelen dieser Nation bildeten sie sich; hie und da hat sich ihr Geist schwesterlichen Seelen mitgetheilet. Da also die Griechen bisher dem Sturz der Zeiten, der Vertilgung wilder Barbaren und Schwärmer entronnen sind, wird, so lange sie uns nicht geraubt sind, wahre Humanität nie von der Erde vertilgt werden. Hieraus ziehe ich noch folgendes:

1. Das weiche Mitgefühl mit den Schwächen unsers Geschlechts, das wir gewöhnlicher Weise Menschlichkeit nennen, macht die ganze Humanität nicht aus. Zu rechter Zeit, am rechten Ort ziert es den Menschen allerdings; da Sympathie in reinem Verstande, d. i. eine lebhafte, schnelle Versetzung in den Zustand des Fehlenden, Irrenden, Leidenden, Gequälten, der zarteste Kitt der Vereinigung ähnlicher Geschöpfe, und unter Menschen das lindeste Band ihrer Verbindung ist. Nichts stößt mehr zurück, als gefühllose, stolze Härte. Ein Betragen, als ob man höheren Stammes und ganz andrer, oder gar eigner Art sei, erbittert Jeden, und ziehet dem Uebermenschen das unvermeidliche Uebel zu, daß sein Herz ungebrochen, leer, und ungebildet bleibt, daß Jedermann zuletzt ihn hasset oder verachtet. So nothwendig indessen eine menschliche Lindigkeit und Milde gegen die Fehler und Leiden unsrer Nebengeschöpfe bleibt, so muß sie doch, wenn sie zu weich und ausschließend wird, den Charakter erschlaffen, und kann eben dadurch Grausamkeit werden. Ohne Gerechtigkeit besteht Billigkeit nicht: eine Nachsicht ohne Einsicht der Schwächen und Fehler ist eine Verzärtelung, die eiternde Wunden mit Rosen bedeckt, und eben dadurch Schmerzen und Gefahr mehrt. (Keine Humanität.)

2. Auch ist Humanität nicht blos jene leichte Geselligkeit, ein sanftes Zuvorkommen im Umgange, so viel Reize dies auch dem täglichen Leben gewähret. Vielmehr ist sie subjectiv betrachtet,

3. Ein Gefühl der menschlichen Natur in ihrer Stärke und Schwäche, in Mängeln und Vollkommenheiten, nicht ohne Thätigkeit, nicht ohne Einsicht. Was zum Charakter unsres Geschlechts gehört, jede mögliche Ausbildung und Vervollkommung desselben, dies ist das Objekt, das der humane Mann vor sich hat, wornach er strebet, wozu er wirket. Da unser Geschlecht selbst aus sich machen muß, was aus ihm werden kann und soll: so darf keiner, der zu ihm

gehört, dabei müssig bleiben. Er muß am Wohl und Weh des Ganzen Theil nehmen, und seinen Theil Vernunft, sein Pensum Thätigkeit mit gutem Willen dem Genius seines Geschlechts opfern.

4. Zum Besten der gesammten Menschheit kann Niemand beitragen, der nicht aus sich selbst macht, was aus ihm werden kann und soll; jeder also muß den Garten der Humanität zuerst auf dem Beet, wo er als Baum grünet, oder als Blume blühet, pflegen und warten. Wir tragen alle ein Ideal in und mit uns, was Wir seyn sollten, und nicht sind; die Schlacken, die wir erlangen sollen, kennen wir alle. Und da, was wir werden sollen, wir nicht anders als durch uns und Andre, von ihnen erlangend, auf sie wirkend, werden können: so wird nothwendig unsre Humanität mit der Humanität Andrer Eins, und unser ganzes Leben eine Schule, ein Uebungsplatz derselben. Was wahrhaftig, was ehrbar, was gerecht, was keusch, was lieblich ist, was wohllautet, ist etwa eine Tugend, ist etwa ein Lob, dessen befleißiget euch, sagt selbst ein Apostel.

5. Alle Einrichtungen der Menschen, alle Wissenschaften und Künste können, wenn sie rechter Art sind, keinen andern Zweck haben, als uns zu humanisiren, d. i. den Unmenschen oder Halbmenschen zum Menschen machen, und unserm Geschlecht zuerst in kleinen Theilen die Form zu geben, die die Vernunft billigt, die Pflicht fodert, nach der unser Bedürfniß strebet. — Daß die Wissenschaften, die man humaniora nennt, zum leeren Zeitvertreib oder zu eitelm Putz ausgeartet sind, ist ein Mißbrauch, den schon ihr Name strafet. Ursprünglich war dies nicht also. Schon Cicero verbindet mit dem Grundbegriffe die Nebenvorstellungen von Leutseligkeit, Menschenfreundlichkeit, Feinheit und Artigkeit im Betragen, und weil diese Eigenschaften nur durch eine der Bestimmung des menschlichen Geistes angemessene Bildung erlangt werden können, knüpft er an den Begriff der Humanität den Besitz aller der Anlagen, Kenntnisse und Fertigkeiten, welche Anspruch auf Bildung geben, und vorzugsweise dem Menschen angehören, der durch menschliche Bildung sich eigenthümlich entwickelte. Die Humanität ist folglich harmonische Ausbildung der menschlichen Kräfte unter Herrschaft der Vernunft.

Herrlich ist folgende Stelle eines Lehrgedichts: (»Lichtwehrs Recht der Vernunft;« es scheint seit seiner Bekanntmachung im Jahre 1758 unsrer poetischen Welt so veraltet, wie Hallers, Hagedorns, Kästners, Uz, Witthofs, ja überhaupt die Lehrgedichte. Unser Publikum ist jung; es liebt Tändeleien der Jugend.)

»Sei liebreich mit Vernunft; nur weise Huld ist ächt,
Gibt jedem, was sie soll und kränket keines Recht.
Kein Schimmer äußrer Macht, kein Geld, das Sklaven rühret,
Hält den Gerechten ab, zu thun, was ihm gebühret.
Gleich feurig zu dem Schutz des Edlen als des Knechts,
Ist er der treue Freund des menschlichen Geschlechts.

Unfähig zu der Kunst, die den Vertrag verdrehet,
Hält er dem Fürsten Wort, wie dem, der nackend gehet;
Bei ihm ist, was du hast, so sicher, als bei dir,
Das ihm gelieh'ne Gut zieht er dem eignen für;
Im kleinsten Werk getreu, verschwiegen bis zur Baare,
Und zu des Freundes Dienst bereit bis zum Altare.
Hört Bürger der Natur, den Inhalt aller Pflicht:
Lernt die Gerechtigkeit! vergesset Gottes nicht!«

Im folgenden ist die Geschichte der Humanität so vorgetragen:

»Vernunft, der Gottheit Strahl, der rohen Völkern schien,
Hieß aus des Waldes Nacht sie in die Städte ziehn;
Gab Ordnung und Gesetz, schuf Menschen aus Barbaren.
Dies hob der Weisen Ruhm in Griechenland empor,
Und rief aus Scythien den Anacharsis vor.
So war der Menschheit Recht der Leitstern alter Weisen;
Doch keiner wagte sich es andern anzupreisen — —
Die Welt verdankt dirs nie, unsterblicher Sokrat!
Dein Fuß betrat zuerst den ungebahnten Pfad.
Der alte Philosoph, vertieft in Zahl und Sternen,
Erhielt von dir die Kunst, sich selbst beschau'n zu lernen.
Es sah der Mensch das Licht, das längst in ihm gebrannt,
Und das, vom Wahn umwölkt, nur Trägheit nicht erkannt.
Da fühlte sich Athen, und lernte Platons Lehren,
Des Weisen von Stagyr, des Epyktets, verehren,
Da tratest du auch auf, erhabner Epikur,
Der Tugend ächter Freund und Kenner der Natur. —
Verehrungswürd'ges Rom, groß durch erfocht'ne Kronen,
Noch größer durch den Geist geprief'ner Ciceronen,
O Rom, Europa selbst, von deiner Herrschaft Joch
Vorlängst entlediget, ehrt dein Gesetze noch.
Als Quellen der Natur sind deines Rechtes Lehren
Ursprünglich hergeführt; sie müssen ewig währen!
Die Nacht der Barbarei verfinsterte dies Licht,
Die Welt verwilderte und sah die Tugend nicht.
Ein schwarzes Wunderthier, der Ketzereifer siegte,
Der Dummheit Tugend hieß, und mit der Wahrheit kriegte;
Bis ihr verstärkter Glanz der Welt mehr Einsicht gab;
Da fielen der Vernunft die schweren Fesseln ab.«

Der Dichter nennt Baco, Grotius, Puffendorf u. a. mit verdientem Ruhme: er gehet die Pflichten durch, gegen Seele und Leib, gegen Gott und Andre. Ueber Irrthum und Unwissenheit, Klugheit und Thorheit, über die Verbindlichkeit zur Wissenschaft und zu allgemeinen Begriffen, über Erfahrung, Vernunft, Geschichte, Fabel, Selbsterkenntniß, als Mittel zur Besserung des Verstandes und Willens, enthält sein Gedicht schöne Stellen. Desgleichen über ein-

zelne Pflichten, die Mäßigkeit, Sittsamkeit, Verbindlichkeit zur Arbeit, über Pflichten in Glück und Unglück, über die Dankbarkeit gegen Gott, das Vertrauen auf die Vorsehung, über gesellige Hülfe, Sanftmuth, Großmuth, Wahrheitsliebe, Freygebigkeit u. s., wobei sowohl die entgegenstehenden Laster, als die Grenzen der Tugend bemerkt oder geschildert werden. Es sind Lehren in ihm, die der Jugend Gedächtnißsprüche werden sollten, indem sie die Grundfesten aller moralischen Wahrheit enthalten; z. B.

Es ward ein gleicher Trieb in aller Herz gelegt,
Und allen Sterblichen die Regel eingeprägt:
Du sollst das Gute thun, du sollst das Böse lassen;
In diesen Göttersspruch läßt das Gesetz sich fassen,
Das die Natur uns schrieb. Er hält ein Recht in sich;
Beginne, denke, flieh, begehre, schweige, sprich.
Nicht Erz, das Rost verzehrt, nicht Blätter, die veralten,
Kein Stein hat dies Gesetz der Menschen aufbehalten!
Der Allmacht Tochter grub mit ewig heller Schrift,
Es in die Seelen ein, die nie Verwesung trifft.
Ein ewiges Gebot, darin ich wandeln müßte,
Wenn, welches ferne sei! ich auch von Gott nichts wüßte! —

III. Auch durch Musik ist unser Geschlecht humanisirt worden; durch Musik wird es noch humanisirt. Was dem Unmuthigen, dem lichtlos Verstockten die Rede nicht sagen darf: sagen ihm vielleicht Worte auf Schwingen lieblicher Töne.

Wenn dies von Gesängen der Alten gilt, sollte es nicht viel mehr von Sprachen gelten, deren Genius uns vertraulicher und näher Laute des Trostes und der Weisheit zulispelt? Kein Zweifel. In den Dichtern der Italiener, Spanier, Gallier schlummern Töne, die, wenn sie durch Musik und Anwendung zur Weisheit des Lebens würden, Völker und Stände menschlich machen müßten.

Wie Achill mit seiner Leyer von Unmuth sich zu zerstreuen suchte: so war es das Amt der lyrischen Dichter, der Menschen Herz zur Mäßigung in Glück und Unglück zu stimmen und es zur Freude, Freundschaft und Heiterkeit zu ermuntern. Leider sind die meisten derselben untergegangen; die übriggebliebenen Reste aber zeigen diese Bestimmung. Pindar selbst, ob er gleich laute Siege besingt, hat so manchen Spruch in seinen Gesängen, der zur Mäßigung im Glücke, zum behutsamen Gebrauche des Lebens einladet; so manchen, der dem Unmuthe zuvorzukommen sucht, oder nach Erfahrungen desselben die Seele des Kämpfers edel erquicket.

Das feine Echo der Griechen, Horaz, thut ein Gleiches. Es wäre zu wünschen, daß er in seiner wohlgefälligen, einschmeichelnden Art auch uns eigen werden könnte; aber die meisten

seiner Oden sind zu künstlich eingelegte musivische Arbeit. Wie glücklich war überhaupt dieser Dichter! Nicht nur im Leben, sondern auch in der Reihe von Wirkungen, die ihm nach seinem Tode das Schicksal anwies.

Die lyrischen Dichter der Griechen sind untergegangen; Er fast allein hat uns mehre Formen ihrer Gedanken, ihrer Empfindungen, ihres Ausdrucks, ihrer Sylbenmaaße in seinen Nachbildungen gerettet, und was damit für ein Schatz gerettet sei, hat die Zeitfolge erwiesen. Die Pindarische Form, die Form der griechischen Scholien und Chöre, war und blieb den Sprachen Europa's unanwendbar; in der Horazischen Form erhob sich die Ode, selbst zu einer Zeit, da die National-Sprachen der Europäischen Völker ungebildet dalagen. In allen Ländern schlossen sich die Geister des Gesanges dem Venusinischen Schwan an, und drückten zuerst in der geliehenen lateinischen Sprache Gesinnungen aus, die sie in ihrer Landessprache noch nicht auszudrücken vermochten. Wie edel ist, wo man das von Horaz geheiligte Werkzeug der Sprache anwenden konnte! Ohne ihn hätten wir keinen Sarbievius, dessen Oden, von Götz u. a. wiederum in unsre Sprache übertragen, immer noch den Römisch-Griechischen Geist athmen. Was späterhin in unsrer Sprache eben auch durch die Horazische Form geweckt und in ihr vorgetragen sei, darf ich nur Klopstock, Götz, Uz, Ramler u. a. anführen. Horaz ist Sänger der Humanität gleichsam vorzugsweise, die Form seiner Gedanken ist das erwählte Lieblingsmaaß der lyrischen Muse geworden. O daß wir also schon Stellen, wie solche: Vitæ summa brevis — nil desperandum — Tu ne quæsieris — felices ter et amplius — quod si Threicio — linquenda tellus — æquam memento — rebus angustis — eheu fugaces — tecum vivere amem, tecum obeam libens — in lateinischer Sprache componirt hörten!

Hier eine von Sarbievs unschätzbaren Oden auch in der Form des Römers;

An die Weisheit.

Die du, höchste Vernunft, weise die Schickung lenkst;
Wie zuweilen der Ernst deiner Verfügungen
Uns ergetzet, ergetzen
So die menschlichen Spiele dich?

Mit freigebiger Hand streuest du Güter aus.
Und wir raffen sie auf, wenn sie gefallen sind,
Wie die Jugend die Nüsse
Mit kurzweiligem Zanke rafft.

Wer jetzt Kronen erhascht, bricht sie; wer Zepter kriegt,
Sieht sie wieder entführt, eh er sie tragen kann.

Welt! so schwankst du, zerrissen
Von den Händen der Mächtigen.

Was das geizige Glück unter die Völker theilt,
Ist ein Pünktchen. O laß, Weisheit, ich flehe dir!
Mich, indeß sie so zanken,
Mit dir lachen und fröhlich seyn.

Siehe Herder's Werke zur sch. Lit. u. Kunst. VII. B.

§. 2.

Notiones psychologicæ.

Hominem cogitare et cogitata sua proloqui, adeoque cogitandi et loquendi facultate i. e. intellectu, ratione et oratione præditum esse, dubium videri nequit. Cum cogitamus, non minus, quam dum loquimur, legibus cogitandi et loquendi obsequimur, quamvis non semper earumdem nobis conscii simus.

Ars recte cogitandi animique sensa dictione congrua declarandi, Dialectica vel universim ars dicendi olim vocabatur. Nos vero artem cogitandi, utpote quæ necessario præcedere debet, ab arte dicendi distinquimus. Principia et leges cogitandi Logica i. e. doctrina de intellectu explicat, principia et leges loquendi Grammatica tradit.

§. 3.

Omnis dicendi aut scribendi finis est: vel rem gestam aliis communicare, vel rem existentem clarissime exponere, vel propositiones theoreticas explanare, vel practicas commendare, vel iisdem animos hominum commovere.

Collectionem præceptorum, quibus ad hæc præstanda instituimur, artem oratoriam appellamus, græce Rhetoricam a verbo ῥέω dico, loquor. Est autem oratoria seu Rhetorica e mente Quintiliani „ars seu facultas bene i. e. ornate, graviter et copiose dicendi. Facultatem res cogitatas ita dicendi aut scribendi, eloquentiam vocant, quæ est eloquentia subjectiva. Subjective rem intelligere significat: cogitare rem homini seu subjecto inhærentem,“ e. g. Græci et Romani summa eloquentia floruerunt. (In diesem Falle (subjectiv) denken wir uns die Sprache als Aeußerung der uns beiwohnenden Sprachfähigkeit, unsere Gefühle und Vorstellungen durch vernehmliche Töne der Stimme bezeichnen zu können.) Eloquentia vero ceu disciplina vel doctrina docens, res cogitatas bene dicere vel scribere, eloquentia objectiva

audit. *) Objective rem intelligere est, rem in se spectare tanquam objectum, quod nulli subjecto inest; e. g. Liber scholasticus tractat eloquentiam. (Im objectiven Sinne betrachten wir die Sprache als einen von uns unabhängigen Gegenstand, und verstehen darunter den ganzen Inbegriff von Wörtern und deren Verbindungsarten, wodurch die Menschen sich gegenseitig ihre Vorstellungen und Gefühle mittheilen.)

§. 4.

Facultas est id in animo nostro, quo fit, ut aliquid possimus seu valeamus e. g. cogitare; hinc facultas cogitandi.

Disciplina seu doctrina est ordinatus cognitionum et regularum aliquid docentium complexus (Zusammenfassung, Zusammenstellung, a συνιστημι stellen, hinc System). **)

§. 5.

Divisio eloquentiæ.

I. Utraque eloquentiæ notio (Begriff) singulis nonnunquam nominibus bene distinquitur. Eloquentia in sensu subjectivo nominatur eloquentia (Beredsamkeit, Beredtheit);

---

*) Bestimmter, als facultas bene dicendi ist der Ausdruck: scientia ornate dicendi, da sich die rednerische Darstellung ganz vorzüglich durch einen gewissen ornatus charakterisirt. Die Redekunst also ist die systematische Anweisung, prosaische schriftliche Aufsätze und mündliche Vorträge so zweckmäßig zu verfassen, daß sie sowohl durch den Stoff, als durch die Form gefallen und ergreifen, indem sie durch die passendsten Gedanken, durch ihre Einkleidung in die treffendsten Worte, und durch deren Stellung am schicklichsten Ort, Ueberzeugung, Rührung, Vergnügen und Entschluß im Leser oder Zuhörer hervorbringen. „Dahin zielt auch Heydenreich in seiner höher ausgesprochenen Definition." Beredsamkeit sei die Fertigkeit, ein Ganzes von Vorstellungen dem Erkenntnißvermögen so darzustellen, daß man zu gleicher Zeit auf Begehrungsvermögen, Gefühlsvermögen, und Geschmack eine der Deutlichkeit und Bestimmtheit der Vorstellungen nicht nachtheilige, zweckmäßige, und harmonische Wirkung hervorbringt.

**) Die Ansicht der Beredsamkeit als einer Kunst führt uns nothwendig auch zu dem Begriffe einer Theorie der Beredsamkeit: Sie ist ein Umfang (System) von Grundsätzen, welche sowohl das Hervorbringen, als den mündlichen Vortrag der Reden so bestimmen, und leiten, daß sie ihrer Absicht entsprechen.

in sensu objectivo Rhetorica (ῥηθωρικη τεχνη Redekunst). Hanc, qui docet, Rhetor, eloquentiæ magister; qui dicendo exercet, orator dicitur. Eloquens vero nominatur, qui eloquentia exornatus est; e. g. Cicero eloquentissimus. — Eloquentissimi scriptores nominantur classici, i. e. primæ classis (die Vornehmsten).

II. Eloquentia subjectiva distribuitur in artificialem et naturalem. Prima est, quæ regulis seu præceptis comparatur. Altera, quæ homini tanquam a natura inest, et quæ ex ingenio singulari quoque obtinetur. Eloquentia naturalis præceptis regitur, firmatur et perficitur; atque juncta artificiali gloriæ palmam fert.

III. Discrimen inter eloquentiam stylisticam et grammaticam. Eloquentia stylistica, quod procreat, est sermo. In omnibus sermonibus discernimus: 1. Cogitata (Gedanken), 2. Expressionem cogitatorum seu verba. (Sprache ist Darstellung von Vorstellungen. Die innern Vorgänge und Zustände des Menschen werden nach außen durch Worte dargestellt, die in sich eben so verbunden seyn sollen, wie es die Vorstellungen sind, welche der Darstellung zum Grunde liegen. Doch sind es nicht blos Vorstellungen, sondern auch Gefühle und Triebe, welche in der Sprache dargestellt werden; denn das geistige Wesen des Menschen besteht nicht aus dem Vorstellungsvermögen allein, sondern aus drei Vermögen: dem Vorstellungs- Gefühls- und Begehrungsvermögen. Sobald aber Gefühle und Bestrebungen, die in dem Menschen angeregt sind, vermittelst der Sprache, d. h. durch Worte dargestellt werden sollen; so müssen sie vorher in Vorstellungen verwandelt worden seyn; denn Worte sind die sinnliche Hülle der innern Vorstellungen des menschlichen Geistes. —)

a) Cogitata iterum aut necessaria adsunt, aut non ita necessaria. Quæ necessaria sunt, nominantur primaria, (Hauptgedanken) seu materia sermonis; hæc autem dicuntur secundaria (Nebengedanken) seu interna sermonis forma.

b) Verba respici possunt: 1. Vel singularia et connexa, quæ tractat Grammatica. 2. Vel edisserentia, exprimentia (aussagend) materiam et formam internam, quæ constituunt externam formam sermonis seu elocutionem. Tractatio igitur formæ internæ et externæ dicitur stylus.

Stylistica ergo est scientia aptum rectumque stylum docens. Eloguentia autem in genere complectitur omnes regulas de materia, de forma interna et externa, nec non de rebus grammaticis; nonnunquam etiam eloquentiæ adnumeratur pronunciatio, actio (der mündliche Vortrag).

IV. Eloquentia porro ex fine suo dividitur: Finis vero triplex est: a) docere, b) delectare, c) persuadere seu impellere. Docere idem est ac probare; delectare est, voluptate devincire vel animos conciliare; flectere est movere seu concitare. Erit igitur eloquens, qui in fore causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. Probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriæ. Cic. de Orat. c. 21.

Omnis autem sermonis finis nonnisi in anima hominum audientium vel legentium esse potest. Quod autem in anima hominis excitari potest, nihil aliud est, quam

1. Cogitata, Gedanken;
2. Sensa, Gefühle;
3. Adpetitus, Begehren, Wollen, voluntas animi. Id quod non ex doctrina philosophorum, sed ex cujusvis in se attenti hominis conscientia interna sequitur. Ex hac (conscientia interna) enim patet, animam nostram his tribus facultatibus primariis præditam esse:

a) Facultate cogitandi, (Denkkraft, Denkvermögen; in genere mens, ratio; etiam facultas cognoscendi, Erkenntnißvermögen, tropice Kopf).
b) Facultate sentiendi (Gefühlsvermögen, animus, tropice Herz).
c) Facultate adpetendi (Begehrungsvermögen, Willenskraft, etiam animus Muth, voluntas Gemüth). *)

Ex prima facultate oriuntur: Cogitata vera aut falsa.
Ex altera: Sensa aut grata aut ingrata.
Ex tertia oritur: Voluntas aut bona aut mala.
Cogitata vera in aliis excitare, est alios docere.
Sensa grata in aliis excitare, est alios delectare,
Voluntatem in aliis excitare, est alios flectere seu persuadere.

---

*) Dieselbe innere Erfahrung und Selbstbeobachtung, welche uns berechtiget, das Erkenntniß- das Empfindungs- oder Gefühls- und das Begehrungs-Vermögen, als drei wesentlich verschiedene Vermögen zu betrachten, und aus ihnen die mannigfaltigen Veränderungen und Thätigkeiten des Innern zu erklären, veranlaßt uns auch eine dreifache Form des innern Lebens zu unterscheiden: 1. einen Zustand des ruhigen Anschauens und Denkens; 2. einen Zustand des lebendigen Fühlens; 3. einen Zustand des innigen Bestrebens. Diesen drei Formen des innern Lebens entsprechen drei verschiedene Arten der Sprachdarstellung: die eigentliche Prosa, die Poesie, die Beredsamkeit. (Schott's Theorie der Beredsamkeit S. 44. et sqq.)

Eloquentia proinde ex fine suo triplex est:

1. Eloquentia prosaica; cujus finis primarius est docere. Docemus vero et intellectum aliorum convincimus argumentis et argumentationibus.
2. Eloquentia poetica; cujus finis primarius est delectare. Delectamus lecto, polito et illustri dicendi genere.
3. Eloquentia oratoria; cujus finis primarius est, persuadere dictione i. e. voluntatem ad aliquid sive agendum, sive omittendum, sive credendum impellere seu movere.

Adnot. Ipsa tamen persuasio ab optimo oratore sæpe non obtinetur, vel auditoris vitio, (ab hujus enim voluntate et dispositione vel maxime dependet), vel quavis alia de causa; unde factum est, ut ipsam persuasionem finem Rhetoricæ externum, adpositam autem ad persuadendum dictionem finem internum dicerent. *)

§. 6.

Objectum sive materia, circa quam oratorem versari oportet, est a) bonum; nihil enim nisi istud jure persuadetur; b) Verum, quia persuadendi præcipua media, quæ sunt docere et convincere, nonnisi veritate niti debent.

---

*) Aristoteles bemerkt in seiner τεχνη ῥητορικη über die Mittel, die **persuasion**, welche der Redner beabsichtigt, hervorzubringen, d. h. die Zuhörer für die Meinung des Redners zu gewinnen: τῶν δέ πιστεων ἁι μεν ατεχνοί εισιν. ἁι δε εντεχνοι. Ατεχνα δε λεγω, ὁσα μη, δὶ ἡμων πεποϱισται, αλλα πϱοϋπηϱχεν: ὁιον μαϱτυϱες, βασανοι, συγγϱαφαι, και ὁσα τοιαυτα· εντεχνα δε, ὁσα δια της μεθοδου, και δὶ ἡμων κατα σκευασθηναι δυνατον· ὡστε δει τουτων, τοις μεν χϱῆσασθαι, τα δε ἑυϱειν."

Die Mittel der Ueberzeugung und Ueberredung sind zum Theil unabhängig, zum Theil abhängig von der Kunst — (des Redners).

Unabhängig von der Kunst, nenne ich diejenigen, welche nicht durch uns hervorgebracht werden, sondern schon vorher da sind, z. B. Zeugen, Zwangsmittel, das Wahre zu entdecken, Urkunden und dgl.; abhängig von der Kunst diejenigen, welche durch ein planmäßiges Verfahren, und durch uns selbst bereitet werden können, so daß wir jene nur zu gebrauchen, diese zu erfinden haben. „Es gibt eine dreifache Gattung der Ueberzeugungs- und Ueberredungsmittel, welche durch die Rede herbeigeführt werden. Sie liegen theils darin, daß der Zuhörer in eine gewisse Stimmung (des Gefühls- und Begehrungsvermögens) versetzt wird; theils in der Rede selbst, indem man etwas beweist oder zu beweisen scheint."

Adnot. Differt orator a poeta, non objecto sed fine. Hic enim docendo monendove delectat; ille delectando docendoque persuadet. *) Ratio omnis dicendi, inquit Cic. L. II. de Orat. c. 27. tribus ad persuadendum rebus est nixa, ut probemus vera esse ea, quæ defendimus; ut conciliemus nobis eos, qui audiunt; ut animos eorum, ad quemcumque causa postulabit motum, vocemus; et c. 29. Meæ totius orationis tres sunt partes, una conciliandorum hominum, altera docendorum, et tertia concitandorum.

§. 7.

In quocumque genere versabitur orator, curandum semper erit, ut ea, quæ ad stabiliendam propositionem suam valebunt, eum in ordinem redigat, qui firmitati et pulchritudini orationis erit convenientissimus. Quare primum repertis et ordinatis rebus eloquentiam opportunam adhibeat, et deinde summa vi, efficacia et gratia cum auditoribus communicet.

Hinc tota ars oratoria ex modo, quo opus suum procreat, consideranda est; unde constat: 1. Jnventione scilicet materiæ et formæ internæ; 2. Dispositione i. e. juxta Ciceronem: rerum inventarum in ordinem distributione; 3. Elocutione i. e. stylo.

Nota. Nemo sane, nisi prius rem, de qua sibi dicendum est, invenerit eamque rite ordinaverit, proferre seu eloqui potest. Quis autem ad id præstandum non intelliget, de bene cogitando necessarias regulas hic esse præmittendas. Non negamus, dari quam plurimos, qui scripta auctorum classicorum non inviti pervolvant iisque retineantur; sed multa quoque experientia edocti libere affirmamus, esse per paucos, qui, quod legunt, rite intelligant. Afficiuntur, quidem verbis nonnullis aestheticis, epithetis graphicis &c. quin ideam auctoris, cogitatus et sensum scrutentur et investigent. Est hoc vitium omnibus tironibus eloquentiæ, qui præceptis et regulis omnis generis imbuti intellectum minime excoluerunt. Quare omnis et oratoriæ et poeticæ eloquentiæ alumnus ante omnia ad rite cogitandum et inveniendum sedulo instituendus, tum postea ad fontes adducendus est, ex quibus cogitatuum adminicula præsto esse possint.

---

*) Sensu strictissimo solum, quod pulchrum est, materiam poesis constituit.

§. 8.

Scientia docens bene cogitare, dicitur Logica (Denklehre), * quæ itaque fons est eloquentiæ. Attamen non suppedidat ipsa cogitata vel res tractandas, quæ depromuntur:

a) Ex ingenio, b) ex solida rerum cognitione; quæ si e studio scientiarum seu disciplinarum orta est, Philosophia vocatur; alioquin nominatur experientia, quæ iterum comparatur e vita consueta, ex consortio, ex actionum nostrarum aliorumque eventu diligenter observato et cæteris. Quatuor itaque fontes generales eloquentiæ statuuntur, qui sunt: Logica, ingenium, philosophia, experientia, ut ait Horatius: Scribendi recte sapere est et principium et fons: verbaque prævisam rem non invita sequentur.

Dotes oratoris sunt partim intellectuales, partim physicae.

Intellectuales sunt. a) bonum ingenium, quod in vivida imaginatione et ingenio defecato consistit.

b) Doctrina solida, et profunda illius rei cognitio, de qua tractare vult.

c) Peritia linquæ adcurata.

d) Prudentia, quæ docet, quid deceat, et quid non deceat; et

e) Character moralis.

Physicæ sunt: Apta oris et totius corporis conformatio, ejusdemque firma constitutio, canora vox et linqua soluta, ad quæ sedula exercitatio, sicut de Demosthene legimus, multum confert.

Caput I.

De facultate cognoscendi.

(Von dem Erkenntnißvermögen.)

§. 9.

Ad omnem cognitionem necessaria est repræsentatio (Vorstellung). Partes cogitatorum sunt repræsentationes. Repræsentatio rei singularis (eines Einzelndinges) seu individui nominatur intuitus (Anschauung) e. g. Pinus, rosa. (Facultas intuitionum dicitur sensualitas).

---

*) Die Logik steht zum Denken in dem Verhältnisse, in welchem die Grammatik zum Sprechen steht.

Omne, quod sensibus potest percipi, dicitur sensile vel sensibile, e. g. color flavus, tonus &c.

Repræsentatio, quæ non est intuitus, dicitur conceptus, notio (Begriff) vel etiam eine allgemeine Vorstellung, e. g. arbor, lapis. *)

Intuitiones ergo sunt individuales, conceptus generales repræsentationes. Ipsa vero repræsentatio simplex alicujus rei in mente facta, idea (Idee) dicitur, e. g. Das Recht und Unrecht. &c.

(Facultas conceptuum vocatur intellectualitas,) Omnes ergo nostræ repræsentationes sunt vel intuitus, vel conceptus, vel ideæ.

§. 10.

Facultas, cujus ope nobis repræsentamus res sensiles, dicitur facultas intuendi seu sensuum (Anschauungsvermögen), quæ autem nostris sensibus non obversantur, quarum tamen intuitionem in anima factam habemus, haec facultas vocatur phantasia seu facultas imaginandi (Einbildungskraft, Phantasie); quare illas sensuum, has facultatis imaginandi intuitiones appellamus. Sensualitas igitur vel ut facultas imaginandi vel ut sensus se manifestat.

Z. B. Wenn ich sage: ich spreche mit meinem Freunde; so ist dieß ganz verschieden von dem, wenn ich sage: Ich habe gesprochen. In beiden Fällen findet Anschauung Statt; nur im ersten unmittelbar, im zweyten mittelbar. Im ersten Falle habe ich den sprechenden Freund vor mir, sehe ihn; im zweyten Falle muß in mir diese Vorstellung von meinem Freunde durch einen andern Umstand erregt werden. Eine unmittelbare Vorstellung heißt also Wahrnehmung oder sinnliche Vorstellung im engsten Sinne, im zweyten Falle, nemlich mittelbar heißt sie eine reproduktive Vorstellung.

Quatenus objecta in spatio i. e. extra me existentia percipio et mihi repraesento, sensus externus agere dicitur (ist thätig). Si vero vicissitudines et mutationes in animo existentes percipio, sensus internus activus est. Inde sensus vel externus est vel internus.

---

*) Der Begriff ist eine Vorstellung von Merkmahlen, die mehreren gemein sind. Eine Pflanze, z. B. ist ein organisirter Körper ohne willkührliche Bewegung. Einen eigentlichen Begriff von einer Pflanze erhalten wir also nur dann, wenn wir uns dabei die Merkmale vorstellen, die allen Pflanzen gemein sind, z. B. Blätter, Stängel, Wurzeln, Saft- und Luftgefäße, Fibern; dann ihre Eigenschaften: Farbe, Geruch, Reitzbarkeit, Reproduktionskraft. 2c.

§. 11.

A. De sensu externo.

Sensus externus est facultas immediatae perceptionis, estque maximi momenti. Suppedidat enim materiam intellectus i. e. cogitandi. Repraesentationes sensus externi praebent occasionem diversis animae nostrae mutationibus, sensionibus, appetitionibus &c. Ad consequendas autem per sensum externum intuitiones corporea quaedam instrumenta necessaria sunt, quae vel ideo organorum sensoriorum nomen habent. Omnes hae intuitiones sensus externi ad quinque species revocari possunt, quarum diversitas organorum et modi, quo ab objectis afficiuntur, diversitate nititur.

Quinque hi sensus seu potius organa sensus sunt: Visus, der Gesichtssinn; auditus, der Gehörssinn; gustus, der Geschmackssinn; olfactus, der Geruchssinn, et tactus der Gefühls- und Betastungssinn. Objectum externum in his organis mutationem efficit, per quam incomprehensibili modo in anima quoque mutatio oritur, quae ut sensatio intuitionis ratio (Grund) est.

Nota. Partes principales cujusvis organi, quarum ope sentimus, sunt nervi ex cerebro prodeuntes et in organis sensoriis desinentes; hi sunt propria sentiendi et motus arbitrarii instrumenta; cerebrum radix et principium nervorum dicitur sensorium commune, quia centrum sensibilitatis est. Per nervos corpus in animam, et anima in corpus agit. (Sie sind die eigentlichen Verbindungsmittel zwischen Körper und Seele.)

§. 12.

B. De sensu interno.

Sensus internus est facultas animi mutationes in nobis ipsis evenientes percipiendi, earumque repraesentationes habendi. (Bildlich könnte man sagen: Der innere Sinn ist das nach unserm Innern gekehrte Auge). Utrum quoque is, sicut sensus externus, organis adstrictus sit, probari nequit.

Sensus internus externo junctus primum facultatem percipiendi (das vollkommene Wahrnehmungsvermögen) constituit, alterque sine altero subsistere nequit. Sensus externi repraesentationes objectorum adferunt, activitatemque animi excitant ad percipiendas status sui mutationes. Sine externis itaque sensibus internus vim suam et efficaciam exerere non posset; quemadmodum sine interna intuitione omnes externae imagines effectu carerent, neque tanquam

perceptiones propriae subjecti cogitantis considerari possent. *)

Jam vero repræsentationes per sensus animo oblatæ etiam absente earum objecto ad conscientiam revocari vel resuscitari possunt. Si hujusmodi res jam prius sensibus obversatæ denuo revocantur, earumque imago repræsentatur, facultas hæc dicitur phantasia reproductiva (die zurückrufende, wiedererneuernde); sin ita, phantasia productiva seu fictrix (die hervorbringende, bildende, schöpferische) nominatur, quia ex acceptis perceptionibus novas rerum formas producit, i. e. effingit. Huic facultati, quidquid est novarum machinarum, ædificiorum, fabularum &c. debemus; e. g. Sphinx (ein Löwe mit einem Mädchenkopf); pegasus (equus alatus); Minotaurus &c. Simili modo ex singularium proprietatum, virium et perfectionum repræsentationibus, imagines characterum, amoenarumque regionum &c. effingi possunt. **)

---

*) So wie wir durch die äußern Sinne die Wahrnehmung derjenigen Dinge erhalten, die außer uns im Raume existiren; eben so ist der innere Sinn (gleichsam eine Wiedergeburt des vom äußern Sinne Wahrgenommenen) die Fähigkeit, die in der Zeit auf einander folgenden Zustände unserer Seele, d. i. den Zustand unsers eigenen Ichs wahrzunehmen, und denselben uns vorzustellen. Das Unterscheidende der Zustände dieses Selbstbewußtseyns ist also nicht die Sache des sinnlichen Organismus, sondern das Geschäft des Verstandes. Man kann daher auch den äußern Sinn die Anschauung des Körperlichen, den innern die Anschauung des Geistigen nennen. Keiner kann im Menschen ohne den andern bestehen; beyde unterstützen sich wechselseitig, und werden durch einander in Wirksamkeit gesetzt.

**) Ein sehr auffallendes Beispiel der glücklichsten Vereinigung beider Arten der Einbildungskraft gibt Ovid in seinen Verwandlungen. So z. B. zeigt er uns die Verwandlung der Daphne in einen Baum, auf eine Art, worin reproduktive und produktive Einbildungskraft zugleich thätig sind: „Kaum hatte Daphne ihr Gebeth geendigt, so band eine schwere Schlafsucht ihre Glieder. Eine zarte Rinde umgab den Leib. Die Haare wurden Zweige, die Arme zu Aesten. Der vorhin so schnelle Fuß bleibt an trägen Wurzeln hangen, und das Angesicht wird zum Gipfel.“

„Vix prece finita, torpor gravis occupat artus:
Mollia cinguntur tenui præcordia libro:
In frondem crines, in ramos brachia crescunt:
Pes modo tam velox pigris radicibus hæret:
Ora cacumen habent.“

Ovid. L. I. 9.

Nota. Fundamentalis lex, cui facultas imaginandi in suis functionibus adstricta est, ita habet: Nihil potest esse in phantasia, quod non prius aliquo modo fuerit in sensu; d. h. Man kann sich nichts einbilden, was man nicht früher entweder ganz oder theilweise durch einen Sinn wahrgenommen hat. Z. B. Homer hätte in seiner Iliade kein so großes Muster des Epos aufgestellt, wenn er den Stoff dazu nicht aus den Volkssagen hergeholt, und diesen durch die erhöhten Bilder von Schlachten auszuschmücken gewußt hätte.

§. 13.

De memoria.

Memoria est facultas animæ humanæ habitas aliquando repræsentationes retinendi vel eas ad conscientiam revocandi, et ut olim habitas recognoscendi. Est vero memoria vel realis vel verbalis (Sach- und Wortgedächtniß), prout vel rerum vel signorum repræsentationibus excipiendis et retinendis aptior est.

Ad sensationem et cognitionem sensualem habendam duo sunt necessaria; primo id, quod in sensuali intuitione appercipi potest, uno vel pluribus sensibus excipiatur, et secundo exceptum in facultate imaginandi in unum conjungatur, e. g. Si mihi florem (Blume, Pflanze) repræsento, primum formam, radices, folia, flores (Blüthen) &c. considero, hasque proprietates omnes in unitate conjunctas, florem ipsum mihi repræsento. Hæc repræsentationum variarum cum conscientia connexio facultas appercipiendi, (Wahrnehmungsvermögen) appellatur. (In jeder Vorstellung sind 1. Merkmahle vorhanden; 2. Jede Vorstellung steht im Zusammenhange: a) als ein Ganzes mit seinen Merkmahlen und Theilen, und umgekehrt die vorgestellten Theile mit dem Ganzen. b) Als Einzelvorstellung mit ihrer Art, als Art mit ihrer Gattung, als Gattung mit ihrem Geschlechte. Eben so verhält es sich mit den Begriffen).

§. 14.

Anima humana non solum eorum, quæ sub sensus cadunt, præsentium et absentium intuitionibus et imaginibus potitur, verum etiam rerum necessarios characteres et nexus, rationes et fines sibi repræsentat i. e. cogitat et intelligit, quod per conceptus, judicia et ratiocinia peragitur. Conceptus continet in repræsentatione id, quod diversa objecta commune habent.

Si dico: homo, ens finitum, sunt duo conceptus. Quodsi autem earum relatio determinatur: homo est ens finitum, oritur inde judicium. Denique si dico: homo est mortalis, est judicium, quodsi vero ratio (Grund) adjungitur: Omne ens organicum est mortale; ergo homo mortalis est, dicitur ratiocinium. Cogitare itaque est: mediate sibi quidquam repræsentare, seu communes proprietates vel notas objectorum in unum conjunctas sibi repræsentare. (Sich die gemeinsamen Merkmale der Dinge zur Einheit vereinigt vorstellen.)

Conceptum formare est: communes singularium repræsentationum notas in unam repræsentationem concipere seu conjungere. — Judicare significat: duos conceptus in eorum relatione conjungere. — Ratiocinium est: rationem unius judicii cum alio judicio ipso copulare i. e. ex datis judiciis quidpiam concludere. *)

Si igitur duæ vel plures repræsentationes affirmativæ vel negativæ junguntur ita, ut earum relatio ad unitatem in conscientia determinetur (die Bestimmung des Verhältnisses zweier Vorstellungen zur Einheit); h. e. si duæ repræsentationes propter convenientiam per affirmationem conjunguntur, vel propter repugnantiam per negationem separantur, oritur judicium (Urtheil), quod verbis expressum propositio

---

*) Die drei Kräfte der höhern Erkenntniß sind in ihren Aeußerungen von einander sehr verschieden, und der Geist als höheres oder ausschließend menschliches Erkenntnißvermögen zeigt sich in drei besondern Wirkungsarten, nämlich:
a) als Verstand (im engern Sinne)
b) als Urtheilskraft, und
c) als Vernunft.

Der Verstand ist das Vermögen, zu denken, d. h. das Vermögen, allgemeine Begriffe zu bilden, indem er das an einzelnen Dingen wahrgenommene Mannigfaltige zur Einheit im Bewußtseyn verbindet. Man kann also etwas erst begreifen, wenn man denkt. — Zur nähern Erläuterung mag folgendes Beispiel dienen: Wir sehen eine Fichte, eine Weide, eine Linde. Wenn wir diese drei Gegenstände zuerst unter einander vergleichen, bemerken wir, daß sie bei all' ihrer Aehnlichkeit doch zugleich in mehreren Stücken von einander auch verschieden sind, z. B. in Ansehung des Holzes, der Aeste, der Blätter u. s. w. Bedenkt man nun auch, was sie unter einander gemein haben, den Stamm, die Aeste, die Blätter u. s. w. indem man dabei von den speziellen oder individuellen Bestimmungen der letztern abstrahirt: so erhält man einen Begriff, d. i. eine allgemeine Vorstellung von einem Baume überhaupt. —

seu enunciatio dicitur; e. g. Candelabrum aureum, Cajus doctus, anima, corpus, sunt repræsentationes; quodsi earum relatio indicatur: Candelabrum est aureum, Cajus est doctus, anima non est corpus, die Erde ist ein Planet, Sokrates ist weise, oritur judicium seu propositio. *)

Propositiones singulæ constant: 1. Subjecto. Subjectum est repræsentatio, cui jungitur alia, seu de qua aliquid enunciatur. 2. Prædicato. Prædicatum est repræsentatio, quæ ad alteram refertur illique jungitur. 3. Copula, quæ est repræsentatio exprimens conjunctionem vel affirmativam vel negativam; e. g. Deus condidit mundum. Alle Menschen sind fehlbar; die Höflichkeit ist lobenswerth.

Subjectum et prædicatum materiam judicii constituunt, utpote quorum relatio ad se invicem determinanda est. Forma autem judicii consistit in modo, quo relatio inter subjectum et prædicatum determinatur, adeoque in copula judicii.

§. 15.

Diversæ species atque divisiones propositionum.

Propositiones sunt: a) Simplices, quæ unum subjectum et prædicatum habent, e. g. anima humana est spiritus.

b) Propositiones compositae, quae plura subjecta et praedicata complectuntur.

---

*) Die Urtheilskraft ist das Vermögen, die vom Verstande gebildeten allgemeinen Begriffe sowohl von den Dingen selbst, als auch von den ihnen zukommenden Eigenschaften oder Merkmahlen gegen einander zu vergleichen; sie setzt also das Vorhandenseyn von Verstandesbegriffen voraus. Die Verrichtung der Urtheilskraft geht dahin: die verschiedenen Verhältnisse und Beziehungen der Dinge unter einander zu bemerken, das zusammen Gehörige zu verbinden, das sich Widersprechende aber zu trennen. Urtheilen heißt hiernach: bemerken und bestimmen, in welchem Verhältnisse gewisse Begriffe zu einander stehen, d. i. ob sie mit einander verbunden werden können oder nicht. Die Bestimmung des Verhältnisses ist das Urtheil (Satz). Die Urtheilskraft läßt sich nach Verschiedenheit ihrer Anwendung und Richtung als logische, ästhetische und praktische unterscheiden. Als logische bildet sie durch Bestimmung des Verhältnisses der Begriffe den Wahrheitssinn; als ästhetische durch Bestimmung des Verhältnisses der Formen den Schönheitssinn, als praktische den moralischen Sinn, der in dem Bestreben liegt, Gefühl und Gewissen mit einander in Einklang zu erhalten, oder sie in denselben zu bringen.

Hae sunt: 1. Conditionales, hypotheticae, quae praedicatum de subjecto sub quadam conditione negant vel affirmant e. g. Si Cajus ad litteras sedulo incubuerit, eruditus evadet. 2. Causales, in quibus ratio, cur praedicatum subjecto conveniat aut repugnet, simul adfertur; e. g. Anima humana est incorruptibilis, quia non constat distinctis partibus. 3. Copulativae seu conjunctivae, in quibus plura subjecta vel praedicata per particulas copulantes connectuntur; e. g. Intellectus et voluntas sunt attributa animae humanae. 4. Disjunctivae, in quibus plura subjecta aut praedicata colliguntur, quorum unum aut alterum sub certis conditionibus locum habere potest, e. g. Mundus est vel contingens vel necessarius.

c) Propositiones porro sunt universales vel particulares. Universales sunt, in quibus subjectum secundum totam suam extensionem sumitur, ita, ut praedicatum singulis individuis sub illo subjecto contentis seorsim conveniat; e. g. Omnis virtus est appetenda. Nullum vitium est honestum. Particulares sunt, in quibus subjectum secundum partem tantum suae extensionis sumitur ita, ut praedicatum non omnibus sed aliquibus individuis seorsim conveniat per particulas: aliquis, quidam, nonnullus; e. g. Quidam homines sunt eruditi.

Dantur praeterea d) Propositiones theoreticae et practicae. Illae enunciant aliquid esse, necessariove esse, hae opertere vel licere, ut aliquid per liberam hominum voluntatem fiat. Theoreticae sunt vel axiomata (Grundsätze) immediate certae, vel theoremata (Lehrsätze) mediate certae propositiones. Practicae sunt vel postulata (Heischesätze, Forderungen), quae edicunt, aliquid fieri posse; vel problemata (Aufgaben), quae postulant, ut ex datis repraesentationibus aliae ad ferendum judicium necessariae inveniantur; item aliae sunt prudentiae regulae, aut moraliter practicae seu leges morum.

§. 16.

Ut bene cogitemus necesse est sciamus:

1. Quid illud sit, quod cogitamus, 2. an judicium sit verum, an falsum; 3. an verosimile tantum, 4. an saltem possibile.

Ad Imum. Explicatio, quid quaedam repraesentatio sit, duplex est:

a) Explicatio, quid intuitus (Anschauung) quidam sit, nominatur descriptio; e. g. descriptio horologii, trianguli, quadrati &c.

b) Explicatio, quid conceptus quidam sit, dicitur definitio; e. g. Idea est simplex rei repraesentatio in mente facta; vel: Virtus est convenientia actionum cum lege morali ex ejus reverentia. Witz ist das Vermögen, mit Leichtigkeit verborgene Aehnlichkeiten der Dinge zu entdecken.

Est vero definitio explicatio conceptus, in qua notae ejusdem essentiales, in quantum nobis innotescunt, perfecte continentur.

Explicare repraesentationem est, enumerare omnes necessarias repraesentationes, quibus illa composita est. Repraesentatio autem simplex, quae nullis partibus constat, explicari nequit, illius sensus solum innuitur; e. g. possibilitas, esse, cogito &c.

Aliis dicere aut scribere facta, est narrare.

Aliis cogitata ope verborum significare, est dicere. Verba enim sunt soni ore editi ad cogitata aliis significanda.

Cogitata aliis significare ope signorum aut figurarum adspectabilium permanentium, est scribere.

§. 17.

Ad IIdum. Judicium verum esse ostenditur, exponendo alia judicia, quorum veritate veritas prioris nititur. Operationes hae nominantur argumenta seu rationes judicii, etiam causae. Expositio argumentorum seu rationum (Anführen der Beweise) dicitur argumentatio, demonstratio, e. g. Praeter Deum homines sunt insuper ratione praediti, theorema est; argumentum, quia hominis anima immortalis est.

Rationes (Gründe) propositionis, quae aliquid jubet vel vetat, motiva (Beweggründe) audiunt; quibus itaque impellimur ad aliquid faciendum aut omittendum.

§. 18.

Ex veritate judiciorum veritatem alius judicii deducere seu rectum agnoscere dicitur concludere; facultas concludendi nominatur ratio (Vernunft), quia argumenta ipsa vocantur rationes a reor, ratus (für wahr halten) e. g. Linqua in omnibus partibus exculta et verbis locupletissima memoratu digna est. Argumentum: Graecorum linqua omnibus partibus exculta et verbis locupletissima est; Conclusio: Ergo etiam memoratu digna est. Item: Omnes benefactores amandi sunt; Deus est summus benefactor; ergo maxime amandus est.

In argumentis exponendis seu in causis addendis sequentes regulae observandae sunt:

1. Causæ seu argumenta sint firma i. e. indubia. Argumenta non sunt numeranda, sed ponderanda. Nonnunquam argumentum ut firmum sit, novo argumento opus habet; alterum hujusmodi argumentum vocatur argumentum argumenti, seu sausa causæ.

2. Ex argumentis propositio demonstranda revera sequatur; quem in finem apte cum thesi seu propositione jungenda sunt; e. g. ad propositionem: Anima nostra post mortem, quamvis humano corpore soluta, quia ad sapientiæ, virtutis et felicitatis gradum tendere non cessat; (sequitur): medium itaque tenet inter numen divinum spiritusque humanos.

Nota. Ex argumentis rem veram habere, (eine Sache aus Gründen für wahr halten) dicitur scire.

§. 19.

Ad IIItium. An judicium sit verosimile.

Judicium, cujus argumenta ad veritatem ejus firmandam non sufficiunt, quia alia opposita, leviora tamen obstant, vocatur judicium verosimile; (ein wahrscheinliches Urtheil. e. g. Luna incolitur seu incolas habet, est judicium verosimile. Argumenta: Quia ibi sunt montes et valles, regiones, maria, dies noctesque. Argumenta opposita: Atque hæc omnia possunt esse incolis nuda, quia terræ possunt esse steriles et vulcaneis ignibus mixtæ. Judicii verisimilitudo sequi potest etiam ex hoc argumento: Quia id adfirmarunt sapientissimi homines. Obstat. Nemo omnibus horis sapit; sapientissimus quisque in errorem potest delabi. Quamvis omnes homines rem veram esse putant, potest tamen esse falsa e. g. solem rotari circa terram.

§. 20.

Sententia (Ausspruch, Aussage) actionibus declarata, dicitur factum. Sententia vero aliorum argumenti loco adhibita, dicitur testimonium vel auctoritas. Hujusmodi argumentum reddit propositionem non veram sed verosimilem.

In tractandis testimoniis regula est: Inquirendum semper est, an auctor sententiæ fide dignus sit nec ne. Fide dignus est, qui veritatem scit et dicere vult. Ex auctoritate aliorum rem veram habere, dicitur credere. Duæ notæ necessariæ:

1. Juventutem oportet sententiis doctorum et sapientum fidem præbere, cujus quippe mens nondum par est argumenta vel inveniendo vel percipiendo.

2. Nos omnes oportet verosimilitudine contentos esse, quando mentis vires non valeant ad veritatum argumenta invenienda pervenire.

§. 21.

Ad IVtum. An judicium possibile.

Judicium, cujus copula per posse (können) exprimitur, nominatur judicium possibile (ein Möglichkeitssatz). Quod esse potest, verum est, quia fieri potest; et quod verum est, esse potest; vel quod non esse potest, verum non est, quia veritatem efficere non potest. Possibilitas judicii sequi potest ex exemplis; quoniam, quod factum est, iterum fieri potest, e. g. Urbs B. potest incendio deleri &c.

§. 22.

Exempla sunt facta, quæ judicii possibilitati demonstrandæ serviunt; e. g. Discipulus etiam debili ingenio, magna tamen industria potest ulterius in litteris progredi, quam alius magno ingenio, minima vero industria. Demonstratio. Id enim nos exempla docent quotidiana.

Regulæ de exemplis tractandis:

1. Exempla sint vera, 2. Exempla sint apta ad rem, i. e. thesi adcurate conveniant, (die Beispiele müssen zur Sache passen); e. g. Socrates mortem contemsit; ergo etiam tu mortem contemnere potes.

Exempla utpote testimonia possunt rite tractari; nam per facta vel actiones declaramus nostram mentem magis, quam per nuda (bloße) verba, ut est proverbium: Verba movent, exempla trahunt; die Worte bewegen uns bloß, die Beispiele aber ziehen nach sich; e. g. Socrates venenum sibi oblatum imperterrito animo exhausit; ergo et nos decet mortem non nimis contemnescere. Sit hæc propositio per causas seu argumenta tractanda: Mors non nimis pertimescenda est. Addatur causa 1ma. Quia est via ad æternam felicitatem. Probatio. Scimus enim hoc ex sacris litteris, ubi St. Paulus ad Corinth. dicit: Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cujusquam hominis cor ascendit, quid Deus promiserit diligentibus se. Probatur. Sacris autem litteris indubitata fides est adhibenda. Ratio præcedentis. Inspirante enim Spiritu sancto scriptæ sunt. — Causa 2da. Mortem non esse pertimescendam, docemur quotidiana experientia et corporis humani structura. Probatur Imo. Quotidie videmus mortuos efferri. Probatur IIdo. Corpus nostrum carne et ossibus constans corruptio-

ni esse obnoxium sacræ litteræ itidem testantur. Probatio. In libro Job scriptum est. Quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur a tinea; et iterum: Memento homo, quia pulvis es &c.

Conjunctio argumentorum cum thesi:

Nescio, quonam fato id fiat, ut homines mortem nimis timeant eamque fugere conentur. Equidem eamdem non nimis pertimescendam esse existimo. Est enim via ad æternam felicitatem; docemur id ex sacris litteris divino inspirante numine scriptis atque adeo infallibilibus argumentis. St. enim Paulus scribit c. 2. v. 9. Nec oculus vidit, nec auris audivit &c. Quis autem timeat illum adire locum, ubi æterna beatitudo illum manet? Quis horreat eam inire viam, quæ ducit ad gaudia perpetuo duratura? Accedit quod mortem nulla ratione effugere valeamus. Videmus enim quotidie non senes modo, sed florente etiam ætate juvenes morte correptos portari. Etiam corpus humanum corruptioni esse obnoxium ipsa sacra scriptura nobis adclamat: Pulvis et umbra sumus, qui vento rapitur et evanescit. Exemplum. Atque si Socrates ethnicus et veri Dei ignarus hausto intrepide veneni poculo mortem contemnere potuit, quanto magis nos, qui Christi doctrinam profitemur, decet mortem non nimis pertimescere. Testimonium. Mortem omnes homines manere, nec illam a quoquam evitari posse, Horatius testatur, cum scribit: Omnes eodem cogimur, omnibus versatur urna serius aut ocyus exitura, et nos in æternum exilium impositura cymbæ.

Nota. Doctrina docens invenire materiam formamque internam, vocatur Heuristica a græco ἑυρισκω invenio, seu Topica, quia ejus partes dicuntur loci seu τοποι.

§. 23.

De ratione (Vernunft, Schlußkraft).

Ratio est facultas spontaneitatis ex variis conceptibus conceptus alios efformandi, seu facultas judicia connectendi, indeque novas veritates deducendi, quod ratiocinio fieri potest.*) Ratiocinari (σιλλογιζεσθαι colligere, scilicet plu-

*) Die Vernunft (im engern Sinne) ist das Vermögen, das Verhältniß der Urtheile zu einander zu bestimmen, sie zu verbinden und durch Schlüsse neue Wahrheiten daraus zu folgern. Auf solche Art bringt die Vernunft in unsere ganze Erkenntniß Einheit, Zusammenhang und Wahrheit; sie ist daher die höchste

ra judicia vel concludere) est, judicium alterum cum altero conferre, indeque veritatem vel falsitatem collati deducere.

Judicium, ex quo veritas vel falsitas alterius deducitur, ceu ratio (Grund), illud vero, cujus veritas vel falsitas deducitur, ceu consecutio (Folge) consideratur, et simul sumta efficiunt Antecedens (Vordersatz) ratiocinii; nexus inter rationem et consecutionem dicitur Consequentia seu Consequens (Ab-Schlußfolge).

In omni igitur ratiocinio duo conceptus seu judicia cum tertio comparantur, et hoc ipso vel conjunguntur vel separantur. Tertius hic conceptus (seu judicium) medius dicitur. Sic ut intelligam e. g. laboriositatem esse utilem; assumo propositionem mediam, quod vires animi et corporis perficiat, et hanc comparo cum prioribus; tum deprehendo, maximam esse convenientiam inter conceptum utilitatis et perfectionis virium nostrarum, eamdemque convenientiam etiam esse inter conceptum laboriositatis et perfectionis virium nostrarum; hac convenientia assumta, af-

---

Stuffe der Geistesthätigkeit. Ihr eigentliches Geschäft besteht demnach insbesondere darin, daß sie den von der Urtheilskraft gelieferten Stoff (die Urtheile selbst nämlich) zusammen- und unterordnet, um daraus unbekannte oder neue Wahrheiten abzuleiten. Dieß geschieht durch Vernunftschlüße.

Vom Verstande und der Urtheilskraft unterscheidet sich die Vernunft dadurch, daß

a) Der Verstand seine Kenntnisse durch allgemeine Begriffe bildet und erwirbt.

b) Die Urtheilskraft die ihrigen durch Vergleichung, Verbindung und Absonderuug dieser Begriffe, d. i. durch Urtheile.

c) Die Vernunft aber durch Schlüsse, die sie ableitet, indem sie jene Urtheile vergleicht, verknüpft und absondert. Sie ist also das Höchste und das Gesetzgebende in uns.

Zur faßlicheren Erklärung des Eigenthümlichen dieser drei höhern Geistesvermögen bedient sich Kant in seiner Anthropologie folgender Beispiele: „Der unter gemessenen Befehlen stehende Haus- oder Staatsdiener braucht nur Verstand zu haben; der Offizier, dem für das ihm aufgetragene Geschäft nur die allgemeine Regel vorgeschrieben ist, und dem nun überlassen wird, was in vorkommenden Fällen zu thun sei, selbst zu bestimmen, braucht Urtheilskraft; der General, welcher die möglichen Fälle beurtheilen, und für sie die Regel sich selbst ausdenken soll, muß Vernunft besitzen.

firmo, eamdem inter propositiones ipsas intercedere et judico: ergo laboriositas est utilis. *)

§. 24.

Omne ergo ratiocinium tribus judiciis seu propositionibus absolvitur. Prima propositio est universalis (ein allgemeiner Satz), in qua ceu in quadam regula conditio veritatis continetur, hæc vocatur Major et principium est deductionis. Altera propositio determinat certum quoddam objectum ad propositionem generalem pertinere, et hæc dicitur Minor seu Assumtio; utraque simul præmissæ audiunt; tertia denique ex prioribus deducta Conslusio seu Consequens dicitur.

Tria hæc judicia materiam ratiocinii constituunt; formam vero modus, quo hæc judicia invicem copulata sunt, ut inde veritas vel falsitas deducatur; e. g.

Quod vires animi et corporis perficit, est utile;
Laboriositas vires animi et corporis perficit;
Ergo laboriositas est utilis.

Handlungen, die dem Sittengesetze zuwider sind, dürfen nicht unternommen werden.

Raub und Mord sind dem Sittengesetze zuwider (entgegen); folglich darf man sie nicht begehen.

Si ratio, cur consequens vera sit, continetur in antecedente, nexus inter consequentem et antecedentem procul dubio obtinet; si autem Consequens vera est, sed non propter antecedentem, dicitur formaliter falsum et materialiter verum; e. g. Anima humana est materia; omnis materia est substantia; ergo anima humana est substantia.

§. 25.

Ad ratiocinium legitimum requiritur, ut consequens et formaliter et materialiter verum sit. In forma legitimum est, si Conclusio præcise et necessario ex præmissis consequitur, neque plus neque minus continet, quam fuerat in præmissis; in materia est legitimum, si utraque præmissa verum et certum judicium est, quod agnoscitur, si propositionis generalis ratio inquiratur i. e. si resolvatur in pro-

*) Der Vernunftschluß (Syllogismus) ist demnach die Ableitung des Besonderen aus dem Allgemeinen, mittelst der Unterordnung des Besonderen unter das Allgemeine.

positionem causalem; quodsi tota propositio causalis vera fuerit, verum quoque erit consequens.

Universalis itaque ratiocinii regula est: Si duo conceptus cum tertio (medio) consentiunt, etiam inter se consentient, et conclusio erit affirmativa; si vero unus tantum cum termino medio consenserit, dissenserit alter, neque inter se consentient, et conclusio negativa sit est necesse; h. e. Aut uterque terminus Major et Minor medio congruit, tum et sibi congruunt, quia in medio termino jam conjuncti sunt; conclusio igitur fit affirmativa e. g. Omne, quod cogitat, est spiritus; anima humana cogitat; ergo anima humana est spiritus.

2. Aut alter tantum medio congruit, alter vero repugnat; tum et sibi repugnant, et conclusio fit negativa; e. g. Illud, quod cogitat non est corpus; sed anima humana cogitat; ergo non est corpus.

3. Aut denique neuter medio congruit; tum nulla conclusio est possibilis; quia neuter terminus cum medio relationem vel nexum habet; nihil igitur inde liquet; e. g. Turcæ non sunt christiani, Germani non sunt Turcæ; ergo — nihil liquet.

Unde sequentes derivantur leges ratiocinii.

1. E vero antecedente non potest legitime sequi falsum consequens.

2. Si consequens legitime falsum est, antecedens quoque falsum sit oportet.

3. Ex falso antecedente non potest legitime sequi verum consequens.

4. Si consequens legitime verum est, antecedens quoque verum sit oportet.

5. Quidquid stare potest aut non potest cum veritate antecedentis, stare etiam potest aut non potest cum veritate legitime consequentis et vicissim.

Ratiocinium verbis expressum dicitur Syllogismus (Schlußrede).

§. 26.

Syllogismus completus tribus quoque propositionibus seu terminis constat, et est simplex, si propositiones sunt simplices, compositus, si una vel altera propositio est composita. Præmissarum conceptus communis dicitur terminus medius (Mittelbegriff); hic in propositione majori subjecti, in minori prædicati vices subit. Prædicatum majoris dicitur terminus major, (h. e. ubi terminus major cum termino medio

consociatur); subjectum minoris vocatur terminus minor (ubi terminus minor cum medio conjungitur); et ambo in conclusione conjuncti dicuntur extremi; e. g.

Omnis virtus amabilis est;
Temperantia est virtus;
Ergo temperantia est amabilis.

Alle Wohlthäter verdienen Dankbarkeit;
Die Aeltern sind Wohlthäter;
Also verdienen die Aeltern Dankbarkeit.

Cicero sumit hanc propositionem probandam: Pompejus est optimus imperator; et ita ratiocinatur: Major. Is est optimus imperator, in quo est scientia rei militaris, virtus, auctoritas et felicitas. Minor. In Pompejo est scientia rei militaris, virtus, auctoritas et felicitas. Ex his præmissis propositio probanda ultro fluit: Ergo Pompejus est optimus imperator.

Omnis syllogismus simplex his tenetur legibus:

1. Tres tantum in syllogismo adsint termini; quare cavendum, ne quartus incurrat, ut in hoc exemplo: Lex naturæ omnes homines obligat; mutua corporum attractio est lex naturæ; ergo attractio omnes homines obligat. (Lex naturæ in propositione Majori sensu morali, in Minori vero sensu physico sumitur). Itaque vocabula eodem significatu adhibenda sunt.

2. Terminus medius saltem in una præmissarum sumatur universaliter; e. g. Omne in republica munus Cajum ornavit; consulatus a Titio gestus est aliquod in republica munus; ergo consulatus a Titio gestus Cajum ornavit.

3. Ambæ præmissæ non sint particulares; propositio Major universalis esse debet. Sic falsum est ratiocinium: Quædam sidera propria luce fulgent; luna est sidus: ergo luna propria luce fulget. Ex meris particularibus nulla conclusio sequitur. Si vero una præmissarum particularis est, conclusio quoque particularis esse debet.

4. Ambæ præmissæ ne sint negativæ; hinc propositio minor debet esse affirmativa; e. g. Plantæ non sunt animalia, lapides non sunt plantæ; ergo —; Nullum corpus cogitat; sed anima humana non est corpus; ergo — non valet consequentia. Ex meris negativis nihil concludi potest. Si vero una præmissarum est negativa, negativa quoque sit conclusio; e. g. Nullum corpus cogitat; anima humana cogitat; ergo anima humana non est corpus.

§. 27.

Syllogismus compositus pro ratione propositionum est: 1. hypotheticus, cum una ejus præmissarum est conditionalis: e. g. Si mundus providentia regitur, Deus est; sed mundus providentia regitur; ergo existit Deus.

Wenn der Mensch vernünftig ist, so ist er auch frey; nun aber ist der Mensch vernünftig; also ist er auch frey. Hic syllogismus hac lege ordinatur: Affirmativa conditione, affirmatur quoque conditionatum; et contra: negativa conditione, negatur quoque conditionatum.

2. Conjunctivus, cujus una præmissarum est propositio copulativa; et quidem negativa, cujus membra ita sibi opponuntur, ut simul vera esse nequeant; e. g. Nemo potest simul servire Deo et mundo; sed multi serviunt mundo; ergo non serviunt Deo. Wenn Cajus tugendhaft ist, so kann er keinen vorsätzlichen Betrug ausüben; Cajus übt aber vorsätzlichen Betrug aus; also ist Cajus nicht tugendhaft. Hic sequitur hanc legem: Affirmato membro quocumque, reliqua negantur.

3. Disjunctivus, cujus una præmissarum est propositio complete disjunctiva i. e. talis, cujus omnia disjunctionis membra enumerantur; e. g. Aut ver est, aut aestas, aut autumnus, aut hiems; sed est ver; ergo neque est aestas, neque autumnus, neque hiems.

Alle uns bekannten Himmelskörper sind entweder Fixsterne, oder Kometen oder Planeten. Der Mond ist ein Planet; also gehört er weder zu den Fixsternen noch zu den Kometen.

Syllogismus disjunctivus hac lege dirigitur: Affirmato membro quocumque aut pluribus reliqua negantur, et negato uno aut pluribus, reliqua affirmantur; membra enim disjuncta nec simul vera nec simul falsa esse possunt.

§. 28.

Enthymema est syllogismus contractus, in quo altera præmissarum omissa est, quæ evidentior est, et per se facilis cogitatione suppleri potest. Estque vel primi vel secundi ordinis, prout major vel minor defuerit; plerumque major omittitur, utpote, quæ tanquam propositio generalis ex minore, in qua continetur facile suppleri potest; e. g. Clodius struxit Miloni insidias; ergo jure fuit occisus; hic propositio major omissa est; qui struit alteri insidias jure occiditur. —

Litteræ mentem excolunt; ergo ad felicitatem nostram conferunt. Omnis scientia hominem ingenium ornat; ergo

eloquentia hominem ingenuum ornat; hic omissa est propositio minor: sed eloquentia est scientia &c. Item: 1. Leidenschaftliche Menschen handeln meistens unbesonnen; also handelt Cajus unbesonnen. 2. Cajus kann leichter irren, als meine übrigen Bekannten. Denn er ist leidenschaftlicher als sie.

§. 29.

Syllogismus compositus ita, ut vel utrique vel alterutri praemissarum sua ratio subnectatur, dicitur epicherema seu syllogismus oratorius. Sic Cicero pro Sexto Roscio:

Major. Quicumque suspectus est parricidii, eum audicissimum ac sceleratissimum esse oportet;
Ratio majoris. Quia parricidium est crimen horrendum.
Minor. Sed Roscius Sextus non est talis,
Ratio minoris. Quia Roscius non est audax, nec luxuriosus, nec avarus.
Conclusio. Ergo non est suspectus parricidii.

Sic uno fere epicheremate tota Ciceronis pro Milone oratio continetur, scilicet: Jure cæsus est, qui in caput alterius insidias paravit.

Sed Clodius in Milonis caput insidias paravit;
Ergo jure occisus est.
Majorem probat ex lege naturæ et gentium, ex compluribus exemplis &c.
Minorem ex apparatu, minis, comitatu Clodii &c.

§. 30.

Dilemma est argumentatio, in qua e singulis propositionis cujusdam complete disjunctivæ membris aliquid contra adversarium infertur. Dicitur dilemma etiam syllogismus cornutus, a duabus partibus suis contrariis, quæ quasi cornuum instar ita dispositæ sunt, ut dum unum fugimus, in alterum incurramus. Ut est illud Tertull. adversus Imp. Trajani dictum: Vel nocentes sunt christiani vel innocentes; si nocentes, cur inquiri prohibes? Si innocentes, cur delatis poenam irrogas? —

Leges legitimi dilemmatis observandæ:

1. Disjunctio sit completa i. e. omnia membra dividentia enumerentur, ut præter allata aliud non sit possibile.
2. Quod infertur, e suo membro legitime prodeat; secus negari potest consequentia.

3. Cavendum, ne dilemma sit reciprocum, ut adversarius nos eodem ferire et in rem suam retorquere possit. Sic Protagoras apud Aul. Gell. noct. Attic. l. 5. c. 10. Evathlum in jure instituendum sumserat eo pacto, ut ubi primam causam in foro vicerit, alteram mercedis partem dependat; at callidus discipulus nullius causæ patrocinium suscepit; minatus Protagoras in judicio hoc dilemmate usus: Vel pro me pronunciabunt judices, vel pro te; si pro me, solves e sententia judicum, quia ego vicero; si pro te, solves e pacto, qui tu viceris; retorsit Evathlus: Si judices pro causa mea senserint, nihil solvam e sententia judicum, quia ego vicero; si pro te pronunciaverint, nihil debebo ex pacto, quia tum causam perdidero. *)

§. 31.

Sorites est argumentatio, in qua plures propositiones ita copulantur, ut semper prædicatum præcedentis fiat subjectum sequentis, donec formetur conclusio, in qua subjectum primæ jungitur cum prædicato ultimæ; e. g. Quodlibet corpus est in aliquo loco, quod est in aliquo loco, potest etiam esse in alio loco; quod potest esse in alio lo-

---

*) Ein treffliches Trilemma befindet sich in der Instruktion zu einem Criminalgesetzbuche, welche unter Catharina II. in Rußland erschien. Es handelt sich darum zu zeigen, daß die Folter, als ihrem Zwecke nicht entsprechend abzuschaffen sey. Dieß wird bewiesen:

Obersatz. Wenn die Folter bei Criminalgerichten gebraucht werden soll, so kann nur Eine von den folgenden drei Absichten Statt finden: 1. einen Beklagten, der verdächtig ist, zum Geständnisse des Verbrechens zu zwingen; 2. oder ihn wegen des wahrscheinlich begangenen Verbrechens zu bestrafen; 3. oder andere Menschen durch den Anblick des Gefolterten von ähnlichen Verbrechen abzuschrecken.

Untersatz. Keine dieser Absichten läßt sich rechtfertigen: 1. weil man den Aussagen eines Gefolterten keinen Glauben beimessen kann, da sich Mancher fälschlich für schuldig angibt um sich von der Marter zu befreien; 2. weil man Niemand eher bestrafen kann und darf, bis er schuldig erklärt worden ist; 3. weil kein abschreckendes Beispiel Statt finden kann, so lange man noch nicht weiß, ob der Gefolterte schuldig ist.

Schlußsatz. Also hat die Folter keinen vernünftigen Zweck, und bringt überdieß manchen Schaden; — sie muß daher abgeschafft werden.

co, potest mutare locum; quod potest mutare locum, est mobile; ergo quodlibet corpus est mobile.

Die menschliche Seele ist ein einfaches Wesen;
Jedes einfache Wesen ist unzertheilbar;
Jedes unzertheilbare Ding ist unzerstörbar,
Jedes unzerstörbare Wesen dauert beständig fort;
Die menschliche Seele dauert also beständig fort.

Leges legitimi Soritis:

1. Nulla præmissarum dubia sit aut falsa. Sic falsum illud Velleji Epicurei apud Ciceronem de Nat. Deor. l. 1. c. 18. Dii sunt beatissimi; beatus quis, non est sine virtute; virtus non est sine ratione, ratio non est nisi in hominis figura; igitur Dii habent hominis figuram.
2. Omnes praemissae ne sint negativae; talis enim sorites solveretur in syllogismos, quorum omnes propositiones sunt negativae, et qui sunt vitiosi.

§. 32.

Inductio est argumentatio, in qua, quod de singulis sive generibus sive speciebus, sive individuis affirmatum vel negatum est; universim de toto genere aut specie concluditur; e. g. Aurum, argentum, cuprum, plumbum, ferrum, stannum, platina in igne liquefiunt; ergo omne metallum in igne liquefit. Sokrates, Plato, Cicero, und Andere haben durch ihre gründliche Gelehrsamkeit der Menschheit genützt; also nützt jeder gründlich Gelehrte der Menschheit. Dicitur inductio completa, si omnia individua, species aut genera subjecta recensentur; incompleta, si quaedam omittuntur. Principium, secundum quod facultas judicandi in inductione se exerit, sequens est: Quidquid de multis ad unam speciem vel genus pertinentibus objectis valet, etiam de reliquis valet.

Secundum analogiam objecta secundum similitudinem judicamus. Sic Philologus secundum analogiam judicat, dum locum scriptoris secundum similitudinem aliorum locorum, quorum sensus nulli dubio subjacet, explicat. Exinde per analogiam concludere est: A partiali plurium objectorum similitudine ad totam eorum similitudinem procedere. *)

---

*) Induktion und Analogie nennt Kant nur logische Präsumtionen, oder auch empirische Schlüsse, also sind sie nach ihm keine eigentlichen Vernunftschlüsse. — Die Induktion schließt nach dem Princip der Allgemein-Machung vom Besondern auf das Allgemeine. Was vielen Dingen einer Gattung oder Art zukommt,

Caput II.
De facultate sensionum.
(Gefühlsvermögen.)

§. 33.

Sentit anima humana, si mutationis internae sibi conscia est, quam objectum externum produxit; si vero ope sensus externi objectum aliquod a se diversum sibi repraesentat, cognoscere dicitur. Saepissime cognitio et sensatio congrediuntur, ita tamen, ut jam magis sentiat, jam magis cognoscat animus. Jam vero modo enim amoeni vel inamoeni status nobis conscii sumus; haec perceptio dicitur sensatio (Empfindung) et facultas haec, facultas sentiendi audit. Sive igitur status animae nostrae amoenus sit, sive inamoenus, immediata ejusdem perceptio sensatio dicitur. Nos vero non semper percipimus amoena aut inamoena solum; sic v. g. scimus quidem, quid verum aut falsum, bonum vel malum sit, quin semper rationem (Grund) horum habeamus; tum dicimus illud sentire, et hujusmodi perceptio veri aut falsi, boni vel mali, sensio (Gefühl) dicitur, et facultas sensiones habendi dicitur proprie facultas sensionum (Gefühlsvermögen). Est igitur sensio perceptio interni animi status per sensationem in conscientia excitati. (Das Gefühl ist die Wahrnehmung unseres durch Empfindungen im Bewußtseyn erzeugten Seelenzustandes. Dieser innere Zustand ist entweder Lust oder Unlust, oder ein schneller Wechsel von beiden. Das Gefühlsvermögen ist daher die Fähigkeit, uns der durch Empfindungen im Bewußtseyn erzeugten Lust oder Unlust, oder des schnellen Wechsels von beiden bewußt zu werden.)

Sensatio a sensione distinquenda est. Sensio est quidam status subjectivus nulli repraesentationi objecti cujusdam inserviens, et a repraesentatione hujus status di-

---

kommt allen Dingen dieser Gattung oder Art bei; z. B. Allen, denen uns bis itzt bekannt gewordenen Thieren mangelt Vernunft; wir können daher mit Grund schließen, daß alle unvernünftig sind. Hier ist der Obersatz ein particulärer, Untersatz, ein allgemeiner Mittelbegriff, Schlußsatz, allgemeines Urtheil. Die Analogie zieht aus der Beobachtung, daß zwey oder mehre Dinge einerlei Art in verschiedenen Merkmalen übereinkommen, den Schluß, daß sie auch in andern übereinkommen werden; z. B. Zwey Freunde haben gleiche Neigungen, also werden sie auch dieselben Vergnügungen haben (empirisch).

versa. Sic sensio poenitentiae a repraesentatione nos poenitentiam sentire discernenda est. Causae vero, quibus sensiones excitantur, extra nos sunt positae, ergo objectivae; e. g. Sensio amoena ex conspectu venustae regionis, vel voluptas ex perceptione musicae orta.

Sensatio s. l. est conscientia cujusdam sensionis; s. ang. inservit repraesentationi et cognitioni cujusdam objecti externi. Sensatio est transitus a cognoscendo ad appetendum. (Das Gefühl ist nach seiner ursprünglichen gesetzmäßigen Ankündigung im Bewußtseyn weder Vorstellung noch Bestrebung, und an sich betrachtet, weder die Ursache noch die Folge einer Vorstellung, sondern ein eben so unabhängiger Actus des geistigen Subjects im Bewußtseyn, wie die Vorstellung, und seiner Einheit nach blos des unmittelbaren Bewußtwerdens fähig. Dem Ursprunge nach ist also die Empfindung sinnlich, das Gefühl geistig. Jene geht aus dem Afficirtwerden hervor; dieses entsteht durch das Wirken unsers geistigen Princips auf sich selbst.)

§. 34.

Omnes sensiones vel amoenae sunt seu gratae, vel inamoenae seu ingratae. Sensio, quae efficit, ut anima objectum appetat, amoena est et voluptas (Lust) dicitur, quae vero efficit, ut illud aversetur, inamoena est, et sensio taedii (Unlust) audit. Utrumque si in nobis desideratur, indifferentia exurgit. Taedium autem cum voluptate conjunctum sensionem mixtam suppedidat; v. g. spes et timor. (Exemplis fiet res clarior.)

Sensio est primitiva animae facultas. Et quamvis facultas sensionum a cognoscendi et appetendi facultate diversa est, omnes tamen mutuo inter se nexu sunt consociatae. Sensiones enim voluptatis et taedii rationem (Grund) continent omnium nostrarum propensionum, aversionum, appetitionum et omnis voluntatis activitatis. Omnes sensiones cultura mentis perfici vel contrario debilitari possunt.

§. 35.

Diversa sensionum phoenomena seu status.

1. Varietas et diversitas sensionum pendet ab actione objecti in sensus, atque ab iis omnibus, quae eamdem actionem impedire, minuere, augere, aut quacumque ratione modificare possunt.
2. Quo vehementior et velocior est actio in sensus, eo fortior et vividior est sensio. Sensio fortior habetat

debiliorem ab eodem sensu pendentem. Vehementia sensionis (Stärke des Gefühls) pendet a vigore sensationum. Sunt vero vividæ sensationes, quæ activitatem humanæ naturæ occupant et afficiunt. Sensatio afficit integram naturam humanam (intellectualem, moralem et sensualem) vel materia, vel forma vel utraque simul.

Inde sensiones spectato, ex quo proficiscuntur fonte in sex classes dispesci possunt: 1. Sensuales vel corporeæ sensiones, i. e. sensio vitæ (Lebensgefühl). * 2. Sensiones facultatis imaginandi; (huc quoque pertinet sublime physicum). 3. Sensiones sympatheticæ; 4. Sensiones æstheticæ (sublime æstheticum). 5. Sensiones intellectuales (etiam sublime intellectuale); et 6. Sensiones morales (sublime ethicum seu morale).

Objecta, quæ tales sensationes sublimes singulari magnitudine, vi, gravitate aut dignitate excitant, sublimia dicuntur. **) (Plura de singulis coram.)

---

*) Die Lebensempfindung ist die Wahrnehmung des Wechselwirkens der Seele und des Körpers.

**) Erhaben ist derjenige Gegenstand, der in uns das unangenehme Gefühl der Schwäche der sinnlichen Natur, und das angenehme der Hoheit der vernünftigen erweckt. Das Gefühl des Erhabenen ist daher eine Mischung von Lust und Unlust, worin jene vorherrscht, hiermit rührend. Mit dem Erhabenen sind folgende Ideen verwandt: a) Das Große; so erregt z. B. der Anblick des St. Lorenzstromes bei der Mündung, „der Schneekoppe," das Gefühl des Großen; b) Wenn das Große die Lebensgröße der Dinge überschreitet, heißt es kolossal. z. B. die Statue K. Josephs II. auf dem Josephsplatze in Wien. c) Das Große, verbunden mit glänzendem von Macht zeugenden Schmucke, heißt prächtig. Wenn das Prächtige zu interessanten Erwartungen stimmt, heißt es feierlich. So ist der Anfang der Horazischen Ode III. B. 1. v. 1—5 feierlich. Wenn Pracht und Feierlichkeit, Ehrfurcht und Verehrung gebeut, heißt sie Herrlichkeit, Majestät; d) Was durch seine Neuheit von der gewöhnlichen Naturordnung abzuweichen scheint, heißt wunderbar; e) Wenn das Erhabene auf der Willensfreiheit beruht, und sich in menschlichen Handlungen offenbart; so daß der Mensch die Schläge des Schicksals zwar empfindet, aber sie großmüthig erträgt; oder dem Leiden der Sinnlichkeit trotzend, die Kraft der Willensfreiheit und Religion unerschütterlich zu behaupten bemüht ist, — dann entsteht das Gefühl des sittlich Erhabenen, Tragischen. So ist die Selbstaufopferung der beiden Decier sittlich erhaben, tragisch, so auch der Tod der Maria Stuart. Das Tragische heißt heroisch erhaben, wenn demselben die Abhängigkeit vom Schicksale zu Grunde liegt; romantisch erhaben,

§. 36.

Ad sensationes internas pertinent affectus, qui oriuntur, dum animae activitas vividior est, eumque intensionis gradum assequitur, ut liber intellectus usus impediatur. Est autem affectus sensio jucunda vel molesta repente nata, et nonnunquam adeo vehemens, ut per eam vis meditandi supprimatur; vel est sensatio vehemens ex coacervatis ideis tendens in quoddam objectum, qua ideae et inclinationes contrariae debilitantur et supprimuntur.

Magnum sane elocutionis in accurata affectuum cognitione momentum positum est. Ad characteres rite pingendos vel maxime necesse est nosse affectus, qui non tantum in animos humanos dominantur, sed et certissima characterum documenta sunt. Hinc merito canit Horat. in Arte:

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat aut impellit ad iram
Aut ad humum moerore gravi deducit et angit;
Post effert animi motus interprete lingua.

In affectibus 1.) ideae sunt uberiores, vis imaginandi vehementior, imagines vividiores, ipsarum autem idearum ordo obscurus, perturbatus. In hoc idearum concursu fieri non potest, ut omnia clare perspiciamus discernamusque. Inde falsae saepe oriuntur ideae commiscendo similia quidem alias, nunc autem non connexa adjuncta. 2.) Affectibus agitati iis tantum inhaeremus ideis, quibus affectus excitantur; unde nonnunquam accidit, ut nos haud patiamur ex affectibus etiam molestissimis abripi, quod in tristitia dejectis observare licet. 3.) Nullus affectuum diu durare potest, ob nimiam virium intensionem. (Der Affekt vergeht

---

so fern es auf der Kraft der Willensfreiheit und der Religion beruht. Jenes findet man in den Werken der Alten, dieses in den der Neueren; daher der Unterschied zwischen der heroischen und romantischen poetischen Handlung in Tragödien. — In wie fern im Tragischen Lust mit Unlust wechselt, heißt es rührend; in wie fern es mit dem Bewußtseyn des persönlichen Werthes verknüpft ist, pathetisch.

f) Mit dem sittlich Erhabenen ist das Edle verwandt, welches einen höhern Grad sittlicher Kraft ankündiget, dem Gegenstande, an dem es angetroffen wird, Würde gibt, und durch die Aufregung sittlicher Ideen uns mit Achtung gegen den Gegenstand erfüllt. Edel ist August's Versöhnung mit den wider ihn verschwornen Cinna in den Worten: Lass' uns Freunde seyn, Cinna; sieh, ich selbst lade dich ein. —

schnell; er ist wie ein Rausch, den man bald ausschläft. Dagegen ist Leidenschaft wie eine Krankheit aus verschlucktem Gifte anzusehen.)

§. 37.

Affectus sunt varii pro diversitate sensationis, quam in animos hominum excitant, suntque vel grati vel ingrati. Grati sunt, qui amoenam sensationem pariunt, ut: amoris, gaudii s. laetitiae &c. inamoeni, qui ingrata gignunt, ut: tristitiae s. doloris, irae, pudoris, timoris &c.

Prodeunt autem e sequentibus sensionibus:

I. E sensu rei insolitae et singularis; inde oritur admiratio, quae tamen minus vehemens est. Quidquid enim est insolitum, quia expectationem nostram superat, sistit vim repraesentandi.

II. E sensu rei utilis vel noxiae.

α) Horror. Quidquid enim est inexpectatum, nos vehementius afficit, quia mens nostra aliis rebus occupata quasi e meditatione sua abripitur.

β) Metus seu timor est sensus praevisi gravioris mali, nostraeque imbecillitatis ad illud repellendum. Effectus metus sunt: perturbatio animi, horror periculorum, trepidatio, fuga, circumspectio justo major. Signa metus: pallor, frigor, cordis palpitatio, tremor, rigor membrorum, vocis interclusio, genuum vacillatio. Quo major est mali gravitas et certitudo praesentiae, eo major est timor.

Affectum timoris Virgilius Aeneid. L. II. v. 725—736. exprimit in narratione Aeneae de amissa Creusa uxore et patre suo Anchise, quem ex ardente Troja per medios hostes efferebat:

„— — — Ferimur per opaca locorum:
Et me, quem dudum non ulla injecta movebant
Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graji,
Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
Suspensum, et pariter comitique onerique timentem.
Jamque propinquabam portis, omnemque videbar
Evasisse viam; subito cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus: genitorque per umbram
Prospiciens: Nate, exclamat, fuge nate, propinquant,
Ardentes clypeos, atque aera micantia cerno.
Hic mihi, nescio quod trepido male numen amicum,
Confusam eripuit mentem &c.

Et Ovid. L. I. de Arte:

Constitit in nulla, qui fuit ante color.
Nam timor unus erat: facies non una timoris;
Pars laniat crines: pars sine mente sedet:
Altera moesta silet; frustra vocat altera matrem;
Haec queritur: stupet haec; haec manet; illa fugit.

γ) Aegritudo est sensus mali cujusdam aut sortis iniquae nos affligentis, quod aliorum malitiae semper adscribere non possumus. Oritur inde tristitia et dolor. Excitatur plerumque majori gradu mali praesentis et boni amissi, recordatione pristinae felicitatis, eventu ingrato et funesto, desperatione melioris fortunae vel etiam comparatione cum aliis hominibus felicibus &c.

Si vero calamitatem per invidiam aliorum experimur, oritur inde indignatio.

Effectus aegritudinis: In aegritudine non minus ac metu viribus languemus, mens est perplexa, fuga societatis (Menschenscheue), amor solitudinis.

Signa: Comarum demissio, lacrymae, oculorum in terram defixio, rigor corporis; in mulieribus pectoris laniatio et crinium evulsio, vestium laceratio atrarumque assumtio; singultus, gemitus, planctus, ululatus, vigiliae nocturnae, somnia. Ita Cicero in Verr. L. 4. c. 34. Magno cum luctu et gemitu totius civitatis, multis cum lacrymis et lamentatione virorum mulierumque omnium simulacrum Dianae tollendum locatur. Quod quum ex oppido exportaretur, quem conventum mulierum factum esse arbitramini? Quem fletum majorum natu? quorum nonnulli etiam illum diem memoria tenebant, quum illa eadém Diana Segestam Carthagine revecta victoriam populi Romani reditu suo nuntiasset. Quam dissimilis hic dies illi tempori videbatur? Tum imperator populi Romani vir clarissimus Deos patrios reportabat Segestanis, ex urbe hostium recuperatos: nunc ex urbe sociorum praetor ejusdem populi turpissimus atque impurissimus eosdem illos deos nefario scelere auferebat.

Item Virg. Aeneid. L. II. v. 766.

Ausus quin etiam voces jactare per umbram,
Implevi clamore vias, moestusque Creusam
Nequidquam ingeminans, iterumque iterumque vocavi &c.

Dolorum pingendorum magnus sine controversia artifex erat Ovidius: Exemplum sit illa Thysbes imago doloris, quae Pyramo suo exangui reperto ita clamat. Metam. L. IV. 4.

„Percutit indignos claro plangore lacertos;
Et laniata comas, amplexaque corpus amatum,
Vulnera supplevit lacrymis, fletumque cruori
Miscuit, et gelidis in vultibus oscula figens,
Pyrame, clamavit, quis te mihi casus ademit!
Pyrame responde! Tua te carissima Thysbe
Nominat, exaudi: vultusque attolle jacentes.“

Tristitiae affectum simul et doloris pingit elegantissime Ovidius in Niobe post necem filiorum et filiarum:

— — — At nunc miseranda vel hosti,
Corporibus gelidis incumbit, et ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
A quibus ad coelum liventia brachia tendens,
Pascere crudelis nostra Latona dolore,
Pascere, ait, satiaque meo tua pectora luctu;
Corque ferum satia, dixit: per funera septem
Efferor; exulta — — — —

Et post necem filiarum:

— — — — Orba resedit
Exanimes inter natos natasque virumque;
Diriguitque malis. Nullos movet aura capillos,
In vultu color est sine sanguine; lumina moestis
Stant immota genis. Nihil est in imagine vivum.

δ) Commiseratio est aegritudo ex miseria alterius praesertim ex immerito laborantis. Ad hanc ciendam valet: 1. magnitudo miseriae, qua quis premitur, et 2. multitudo malorum, ut sunt: egestas, solitudo, morbi, orbitas, cruciatus, exilium, mors. Major est, quo persona est praestantior et amabilior; quo minus digna est eo infortunio et sorte infelici, quo gravius est malum, quo gravior est dolor e. g. Virg. L. IX. Aeneid. Mater Euryali vix audita filii morte sic repraesentatur dolens:

— — Subitus miserae calor ossa reliquit;
Excussi manibus radii revolutaque pensa;
Evolat infelix et femineo ulutatu
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu
Prima petit: non illa virûm, non illa pericli
Telorumque memor; coelum dehinc questibus implet.
Hunc ego te, Euryale! aspicio? tune illa senectae
Sera meae requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miserae data copia matri?

Heu! terra ignota canibus data praeda latinis
Alitibusque jaces? nec te ad tua funera mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens; tibi quam noctes festina diesque
Urgebam, et tela curas solabar aniles!
Quo sequar, aut quae nunc artus avulsaque membra
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terraque marique secuta?
Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela
Conjicite o Rutuli; me primam absumite ferro,
Aut tu, magne pater, divûm, miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

Item Cic. pro Sext. c. 96. plures habes commiserationis causas uno loco collectas: Quod tantum est in me scelus? quid tantopere deliqui illo die, quum ad vos indicia, litteras, confessiones communis exitii detuli? quum parui vobis? At, si scelestum est, amare patriam, pertuli poenarum satis; eversa domus est, fortunae vexatae, dissipati liberi, raptata conjux; frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum: ego pulsus aris, focis, diis penatibus, distractus a meis, carui patria, quam ut levissime dicam, certe texeram; pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudem invidorum &c.

ε) Spes est jucundus animi motus ex opinione expectandi boni ortus s. est sensus praevisi alicujus boni, ad quod obtinendum satis virium et corporis et animi nobis tribuimus.

Excitatur spes ostendendo bonum posse obtineri; saepius in simili casu jam fuisse obtentum; adesse certa ad illud obtinendum adminicula; vires, opes, amicorum potentia, superum favor, causae bonitas. Ad spem infringendam contraria omnia extolles: difficultatem rei efficiendae, virium, facultatum, auxiliorum inopiam &c.

Ita Cic. Philipp. 10. c. 6. spem facit a potentia populi et virtute ducis, posse vinci Antonium: Tenet populus Romanus Macedoniam, tenet Illyricum, tuetur Graeciam: nostrae sunt legiones, nostra levis armatura, noster equitatus; maximeque noster est Brutus, semperque noster, cum sua excellentissima virtute natus reipublicae, tum fato quodam paterni maternique generis et nominis. Et apud Liv. L. 6. c. 7. Camillus in spem erigit suos hostium numero exterritos: „Quae tristitia milites, haec, quae insolita cunctatio est? Hostem, an me, an vos ignoratis? Hostis

est quid aliud, quam perpetua materia virtutis gloriaeque vestrae? Vos contra, me duce, ut Falerios Vejosque captos, et in capta patria Gallorum legiones caesas taceam, vos modo tergeminae victoriae triplicem triumphum ex his ipsis Volscis, et Aequis, et ex Hetruria egistis. An me, quod non dictator vobis sed tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem? Neque ego maxima imperia in vos desidero; et vos in me nihil, praeter me ipsum intueri decet. Iidem igitur omnes sumus; et quum eadem omnia in hoc bellum adferamus, quae in priora attulimus, eundem eventum belli expectemus. —

ζ) Laetitia est suavis animi motus seu sensus alicujus boni, quod praeter opinionem consecuti sumus. Si sensus iste animi placidus et constans est, gaudium appellatur. Id ipsum inopinatum est principium hujus affectus; etenim bonum nobis certum diuque expectatum nos solummodo reddit jucundos. In statu laetitiae amoenae ideae animo nostro obversantur, quae sensum virium nostrarum augent; quare liberaliores tum in alios et faciliores sumus.

Excitatur laetitia: 1.) amplificando magnitudinem boni obtenti, si novum, admirandum, paucis concessum, cum virtute conjunctum, si majoris felicitatis, ejusque ad alios propagandæ spe commendatum; 2.) ostendendo, quanto præsens fortuna sit potior priore; 3.) amoenis descriptionibus, stylo laetius exultante.

Signa laetitiae sunt: Vultus hilaris; etiam color, risus, plausus, clamor, amplexus, gratulatio, vota; subinde taciturnitas, stupor, spes, lacrymae. Tibullus de gaudio haec canit: Risum esse comitem gaudii:

Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa,
Difficile est tristi fingere mente jocum.
Nec bene mendaci risus componitur ore &c.

Claudianus terrorem et fletum gaudii repentini enarrat in amplexu patris:

Quem simul ut vidit Natus (nam clara nitebat
Cynthia), permixto tremuerunt gaudia fletu;
Complexuque fovens, quos non speraverat artus;
O mihi post Alpes nunc primum reddite, dixit,
Unde tuis optatus ades? da tangere dextram &c.

Cicero in Pison. c. 22. Unus ille dies mihi immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii, quum senatum egressum vidi, populumque Romanum universum; quum mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis, ad complecten-

dum conservatorem suum procedere visa est: quae me ita accepit, ut non modo omnium generum, aetatum, ordinum, omnes viri ac mulieres, omnis fortunae ac loci, sed etiam moenia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa laetari.

Hilaritas affinis laetitiae est sensus sanitatis corporis nostri; si quidem nullae ingratae nos affligunt ideae.

III. E vehementioribus studiis. Si vehementioribus studiis nostris resistitur, oritur a) ira, quae est sensus ingratus et vehementius taedium ortum ex everso praeter opinionem consilio, cujus in alium culpam transferimus, quia contra jura et vota nostra fieri videmus vel putamus. Saepe cum vindictae studio conjuncta est.

Laesio proprie et offensio seu vera seu putatitia iram commovent; quare non hominibus tantum sed ipsis etiam brutis et rebus sensu vitaque carentibus irasci solemus.

Ira sequentibus se prodit effectibus: exardescit, contemnit, furit, increpat, indignatur, ridet amare, ultionem quaerit, minatur, vociferatur, contentiosa et contumeliosa est.

Signa affectum hunc comitantur: Jam rubet, jam pallet, nullus color certus irato, quassat caput, oculos contorquet, tremit, sudat, gemit, spumat. Sic Turnus in proelio irascens describitur a Virg. Aeneid. XII.

„His agitur furiis, totoque ardentis ab ore
Scintillae obsistunt, oculis micat acribus ignis.“

Excitatur ira: 1.) amplificando injuriam, si eam cum contemtu, exultatione laedentis, et irrisione conjunctam, nulla data offensione, sed laedendi causa, si cum fraude et maledictis, cum generis et familiae despicientia illatam fuisse doceas. 2.) Si eamdem ab homine abjecto in honoratum, ab ingrato in bene meritum, ab inferiore in superiorem coram pluribus profectam ostendas.

b) Aemulatio est sensus ingratus e bonis alterius, non quod ille habeat, sed quia nos iis destitutos cernimus; hinc studium prae aliis excellendi. Opponitur aemulationi invidia, quae est aemulatio et dolor in malam partem de bonis alterius, non quod nos caremus, sed quod ille habeat; estque homine indignissima.

Nota. Illos tantum aemulamur, quibuscum ad eamdem metam contendimus.

Excitatur aemulatio: 1.) Majorum illustrium exemplo, aut aliorum egregiis facinoribus. 2.) Proposita virtutis, doctrinae, recte factorum aestimatione, pretio, laude, gloria, nominis immortalitate. Hinc laude digna, si in bonas partes dirigatur; contemnenda, si ex ambitione vel odio in alios proficiscitur. E. g. Cic. Phil. I. c. 14. „Utinam An-

toni, avum tuum meminisses! de quo tam multa audiisti ex me saepissime. Quare flecte te, quaeso, et majores tuos respice, atque ita guberna rempublicam, ut natum esse te cives tui gaudeant; sine quo nec beatus, nec clarus quisquam esse omnino potest.

c) Indignatio est dolor ob rei dignitatem vel indignitatem, scilicet, quia felix est, qui dignus est miseria; vel quia miser, qui dignus est felicitate &c..

IV. E sensu morali. Sensus morum est sensus honesti vel inhonesti in liberis hominum actionibus, nulla habita ratione legis morum. Ex hoc sensu enascuntur:

1. Aestimatio sensus praecipuarum in aliis animi dotum nostris similium; unde ex indole aliorum, quos quis aestimat, ipsius naturam facile cognoscimus. Principium omnis aestimationis est comparatio nostri status cum aliis; quilibet imprimis sui similes aestimat, artifex artificem, eruditus eruditum &c. Quodsi vero alios dotibus nobis communibus praestantiores cernimus, oritur veneratio. Principium ejusdem est consensus opinionum, vitae rationum et morum, qui consensus si deest, nullus venerationi est locus.

Haec veneratio minuitur diuturna aut frequenti consuetudine et usu personarum; unde majori gaudent aestimatione, quos raro videmus, aut qui a nobis remotiores degunt. Nemo in patria propheta. Visita raro, augebis amorem.

2. Contemtus est sensus nos aliis esse praestentiores. Contemtus facile transit in laesiones aliorum, cui se non raro consociat amor proprius (Eigenliebe), quo impellimur ostendere nostram praestantiam, quod tamen sine injuria et laesione alterius fieri nequit. Quare superbi et ambitiosi maxime in contemtum aliorum sunt proclives. Despiciuntur illi, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum inest, qui nec sibi nec aliis prosunt, in quibus nullus est labor, nulla industria, nulla cura.

3. Pudor est aegritudo ob acceptum dedecus vel inopinatus sensus alicujus ridiculi et indecori in nobismet ipsis coram aliis detecti. Pudor in minoribus honestatis et prudentiae defectibus obtinet; nullus enim est pudor furti aut latrocinii.

Pudor maxime e sollicitudine nascitur, ne nostra apud alios aestimatione periclitemur. Quare in solitudine nos non pudet neque in tenebris, neque inter familiares adeo, quibus praesentibus multa audemus, quorum nos puderet coram superioribus.

Excitatur pudor 1.) per ea, quae dedecus adferunt: fides prodita, mendacium, furtum, occultum delictum in lucem protractum. 2.) Per ea facta, quibus timiditas, abjectus animus, ignavia, incuria, ignorantia indicantur; 3.) per ea, quae sunt contra decorum cujusque aetatis, muneris, conditionis, dignitatis.

Pudor moerorem quemdam internum et poenitudinem habet effectum, nonnunquam fugam societatis lucisque secum fert.

Signis externis conspicuus fere fit: Rubore, oculorum dejectione, silentio, etiam clamore et lacrymis.

Pulcherime affectum pudoris adumbrat Ovid. in Epist. Heroid. 9. in qua Deianira Herculem ad pristinam animi magnitudinem reducere conatur:

Coepisti melius quam desinis; ultima primis
  Cedunt; dissimiles hic vir et ille puer.
Quem non mille ferae, quem non Stheneleius hostis
  Non potuit Juno vincere, vincit amor.
Moeonias inter calathum tenuisse puellas
  Diceris, et dominae pertimuisse minas.
Non pudet Alcide! Victricem mille laborum
  Rasilibus calathis imposuisse manum?
Crassaque robusto deducis pollice fila.
  Aequaque formosae pensa rependis herae,
O pudor hirsuti costas exuta leonis
  Aspera texerunt vellere mole latus &c.

4. Amor est sensus, quo alteri non nostra sed ipsius causa bene volumus, estque simul amoena quaedam eaque benevola sensio in ea objecta, quorum perfectiones voluptatem cient. Affinis amoris status est amicitia, qua nonnullos hominum amplectimur, vel ipse etiam gratus in benefactores animus. Nonnulli amorem ad numerum passionum revocant, sed minus recte.

Amor ex originaria significatione non est passio; amor enim semper cum aestimatione junctus est. Quod absolutum pretium habet, illud aestimatione dignum censemus. Ubi vero amor in passionem transit, desinit esse amor.

Pro diversitate objecti amor diverse se exerit. Est enim alius affectus amoris in patriam, alius parentum in liberos aut liberorum in parentes; alius item amoris conjugalis, alius amoris amicorum &c.

Excitatur amor: 1.) Excellente quadam virtute, ut sapientia, justitia, animi magnitudine in rebus gerendis et ferendis fortiter. 2.) Virtutibus illis, quibus jucunditas mutuae consuetudinis alitur: candore, comitate, modestia, in-

nocentia, morum similitudine. 3.) Beneficentia facile et libenter tribuentis sine spe praemii. 4.) Amore mutuo; ut est pervulgata Senecae vox: Si vis amari, ama. 5.) Oris ac corporis dignitate, si cum virtute conjuncta est. Vel sola virtus, ut est apud Ciceron. quam ardentes amores excitaret sui, si videretur!

Effectus amoris: Amor sollicitus est, objecti perpetuo memor, imaginem rei amatae sibi semper praesentem, mutuaque cum hac colloquia fingit, nomen amati semper in ore habet, amato ubique praesens esse cupit. Est morae impatiens, contemtor periculorum.

Signa, quae conspicuum amorem faciunt, sunt: Noctes insomnes, ciborum fastidium, vultus decolor, lacrymae, membrorum tremor &c. Sic Penelope ad Ulyssem: Res est solliciti plena timoris amor.

Virgilius amorem Aeneae in patriam ita exprimit:

Arma amens capio, nec sat rationis in armis:
Sed glomerare manum bello et concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi: furor iraque mentem
Praecipitant, pulchrumque mori succurrit in armis.

So drückt Caroline Pichler in ihrem epischen Gedichte »Ruth,« die Sehnsucht der Witwe Naemi nach ihrer Heimath aus:

»Süß ist der Heimath Gefühl dem lang Verbannten, wenn endlich
Ihn der gewohnte Kreis umfängt, und in freundlich bekannter
Ordnung sich alles um ihn her reiht, wie es eh'mals gewesen,
Jedes Geschäft, und jeder Genuß, und jedes Besitzthum,
Und vor Allem die Freunde, die Treugeblieb'nen, daß heiter
Ihm in der lieblichen Gegenwart die Vergangenheit aufsteht!
Aber trüb und nächtlich wird's um den armen Verlass'nen,
Welcher zurück in die Heimath kommt nach langer Entfernung,
Und nun Alles verändert findet, die Freunde gestorben;
Und die Habe vertheilt, und im theuren Hause der Väter
Schalten die Fremden sieht mit achtlos kaltem Gemüthe.
Ach! da faßt die Erinnerung ihn mit wüthendem Schmerze &c.

So äußert auch Naemi in demselben Gedichte ihre Sehnsucht nach dem Vaterlande, als sie aus Moab nach Bethlehem zurückkehrte:

»Sei mir gegrüßt, du palmumschattetes Thal! und ihr Hügel,
Die ihr die grasigen Rücken herab, in die Ebene strecket,
Seyd mir mit Thränen gegrüßt! Ich segn' euch Hügel! ich segne
Dich, o mein heimisches Land! da drüben liegt es, die Höhen
Bergen es nur, und bald, bald wird mein Aug' es erblicken!
Ach! so soll ich dich wieder sehen nach Jahren der Trennung! &c.

Amoris conjugalis affectum adumbrat pulcherrime Ovid. Epist. XIII. Laodamiae ad Protesilaum.

Incubuit Boreas abreptaque vela tetendit;
 Jamque meus longe Protesilaus erat.
Dum potui spectare virum, spectare juvabat,
 Sumque tuos oculos usque secuta meis.
Ut te non poteram, poteram tua vela videre:
 Vela diu vultus detinuere meos.
At postquam nec te nec vela fugacia vidi,
 Et quod spectaram, nil nisi pontus erat.
Lux quoque tecum abiit, tenebrisque exanguis abortis
 Succiduo dicor procubuisse genu. — —
Nec mihi pectendos cura est praebere capillos;
 Nec libet aurata corpora veste tegi. — —
Scilicet ipsa geram saturatas murice vestes;
 Bella sub Iliacis moenibus ille gerat?
Ipsa comas pectar: galea caput ille prematur?
 Ipsa novas vestes: dura vir arma ferat?
Qua possum squalore tuos imitata labores
 Dicar: et haec belli tempora tristis agam.

Den Affekt kindlicher Liebe schildert Caroline Pichler schön in dem Abschiede der Schwiegertochter der Witwe Naemi von ihr.

»Als nun des Abschieds Morgen ergraute, drängten die Töchter
Weinend und flehend, sich fest an der Mutter Busen, und bothen
Sich zu Gefährtinnen an auf des Weges trauriger Stille.
Innig gerührt von dem kindlichen Sinn, erkannte Naemi
Dankbar das schöne Gefühl, und gewährte die Bitte der Liebe;
Und es machten die Frauen sich auf, und zogen mit düstern
Blicken, schweigend und ernst dahin durch die blühenden Fluren.
Als sie jetzo das Thal erreicht, das Moab von Juda
Scheidet, als weinend begrüßte Naemi die Hügel der Heimath,
Wandte sie seufzend das Haupt zu den staunenden Töchtern, und sprach so:
Bis hieher, ihr Guten, und weiter nimmer gestatt' ich,
Daß ihr mit kindlichem Sinn mich geleitet. Kehret nun wieder,
Kehrt nach Moab zurück nach gewohnten Sitten zu Freunden,
Die euch von jeher geliebt und geachtet. Ist doch dem Menschen
Nirgend so wohl, als nur in der Heimath süßen Gefilden!
Nirgend scheint ihm die Sonne so freundlich, keinerlei Sprache
Tönet so lieblich dem Ohr, als die süßen Laute, mit welchen
Uns die Liebe der Aeltern begrüßte! —

Und als Naemi die sie begleitenden Schwiegertöchter entlassen wollte, zeiget Ruth ihre kindliche Liebe zu der Schwiegermutter also:

»Aber es schüttelte Ruth das Haupt, und erwiedert entschlossen:
Sprich die Worte nicht mehr, die vergeblichen, daß ich dich lassen
Soll, und nach Moab zurück zu den Meinigen kehren mit Arpa.
Nur die Luft bewegst du damit, doch nimmer das Herz mir.
Das ist entschlossen und fest und wanket nimmer. Du bist mir
Vater und Mutter, die früh ich verlor, und Heimath und Gatte.
Sieh, es lebet sein Bild des Vielgeliebten in deinen
Theuren Zügen, ich höre den Laut der verklungenen, süßen
Stimm' in der deinigen wieder, er ruft mir die lieblichen Bilder
Meiner glücklichen Tage zurück. Darum, o du liebe
Mutter! verstoß mich nicht! Ich habe nur dich auf der Welt mehr!
Laß mich leben bei dir und bei dir sterben! Dir folg' ich
Kindlich und treu, wohin du auch gehst, und bleibe, wo du bleibst.
Dein Volk werde das meine, und dein Gott künftig der meine;
Und wenn einst dich der Pfeil des Todesengels ereilet,
Sterb' ich mit dir zugleich. An deiner Seite begraben
Mich die Nachbarn alsdann, gerührt von unserer Liebe.
Sieh' dieß ist mein fester Entschluß, und ich schwör' es bei meinen
Göttern, bei deinem Gott, dem Unsichtbaren, welchen du anflehst.
Was auch über mein schuldlos Haupt sein heiliger Wille
Zu verhängen beschließt, ob Böses, ob Gutes: so soll doch
Nur die Stunde des Todes von dir, o Mutter, mich scheiden.«

5. Odium. Amori e diametro oppositum est odium i. e. vehementior aversatio eorum, quos nobis infestos esse cognoscimus. Ab hoc differt inimicitia, quae est cupiditas, eos persequendi, a quibus vel laesi et offensi fuimus, vel quos saluti et tranquillitati nostrae periculosos fore timemus. Inimicitiam comitatur saepius vindictae cupiditas, quae mala infert, quamvis nec praesentibus laesionibus nec futuris propulsandis necessaria sunt. Est itaque conatus auctori laesionis idcirco nocendi, ut doloris tormenta etiam persentiscat, idque, vel ut auctor injuriae animum nocendi detestetur, vel ut eum pariter dolere gestiamus. (Homine utique est indignissimum.) Pulcher et fortis censetur animus, qui leves injurias non curat, et cum ulcisci posset, suo confidens jure et robore ignoscit; odiosus contra, formidabilis et imbecillus est, qui laesus ultionem meditatur. Meditatio ultionis est plena aceris animum perpetuo exulcerantis, praecipue frustratis ulciscendi consiliis. Expletio ultionis gignit voluptatem, sed brevem et inanem propter metum talionis, qui efficit, ut eum, quem quis offendit, odisse incipiat.

Suscitatur odium exponendo vitia, praesertim 1.) vel nocentiora, injustitiam, fraudulentiam, crudelitatem, rapacitatem; vel 2.) magis invidiosa: audaciam, contumaciam,

et maxime superbiam cum contemtu aliorum conjunctam. 3. Vel denique viliora, impudicitiam, intemperantiam, ignaviam, rusticitatem &c. Odium accendit Cicero in Dolabellam et socios Philipp. II. c. 5. In Clodium pro Mil.; in Antonium, in Catilinam suis locis, et in alios. Apud Tacit. in vita Agric. c. 30. Galgacus ad suos Britannos contra Romanos. Infestiores, inquit, Romani, quorum superbiam frustra per obsequium et modestiam effugeris, raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, et mare scrutantur: si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi: quos non Oriens non Occidens satiaverit: soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt; auferre, trucidare, rapere falsis nominibus imperium; atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant. Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit; hic per delectus, alibi servituri auferuntur conjuges, sororesque, etsi hostilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hostium polluuntur. Bona fortunasque in tributum egerunt, in annonam frumentum. Corpora ipsa ac manus silvis ac paludibus emuniendis, verbera inter et contumelias conterunt. Nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur, Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit.

NB. Parcendum odiis, nisi forte ad coercendos improbos et reipublicae et bonis moribus exitiosos adhibeas. Instituendi itaque et assuefaciendi a teneris sunt homines, ut a laesionibus et offensionibus abstineant, earumque effectus tollant; per eas enim mutuae et maxime occultae inimicitiae, et his multae calamitates seruntur, disrumpiturque vinculum, quo homines ad se mutuo juvandos nati contineantur; maxime vero, ne erronee pro laesione et offensione habeant ea, quae ab aliis facta suis finibus et votis adversa esse vident.

6. Enthusiasmus est studium illorum, quos aestimamus, amamus, admiramur, vel erga quos peculiaria officia habemus, bonum salutemque pro virili parte promovendi.

Praecipuae ejus species sunt: 1. Enthusiasmus religiosus, 2. patrioticus (vulgo patriotismus), 3. enthusiasmus amicitiae, 4. in artes et scientias.

Ab enthusiasmo bene distinquendus est fanatismus i. e. transeunte affectu, quo durante ipsa quoque ratio efficaciam suam exerere potest, ut verum bonum justis et sapienter electis mediis obtineatur et promoveatur. Fanatismus vesaniae affinis est, quando nimirum cum vividiori facultate imaginandi vehementiores sensiones et passiones copulan-

tur, et ratio ita imbecillis est, ut evagantem imaginandi facultatem coercere nequeat.

Formae fanatismi sunt: 1. theologicus, religiosus, 2. physicus, 3. metaphysicus, 4. politicus, 5. historicus, 6. aestheticus.

Nota. Necessarii imo utiles sunt affectus, ubi de re magna agitur, praesertim si sunt moderati et ad moralitatem tendunt. Sine affectibus raro quidpiam magni aut praeclari efficeretur. Intellectus quidem suppeditat nobis media ad finem quemdam bonum assequendum, sed non addit animos. Affectus vero accendunt animos et inflammant, adduntque robur et vires. Multa sane desiderarentur praeclara heroum facta, si affectu amoris in patriam careremus. Affectibus itaque utendum est, tanquam stimulis ad actiones secundum leges determinandas, connitendumque, ut ratio novis indies viribus invalescat, et sensualitatem suo imperio subjiciat. Neminem itaque affectuum pudeat.

Caeterum affectus plerumque dependent ab irritabilitate nervorum; quare foeminae in genere citius affectibus abripiuntur quam viri. Sanquinei magis quam phlegmatici. Nemo tamen liber est ab affectibus.

Caput III.

De facultate mentis appetendi.

(Von dem Bestrebungs- oder Begehrungsvermögen.)

§. 38.

Nomine facultatis appetendi intelligimus non tantum appetitionem quamdam seu conatum (Begehren, Streben), quae est activitas sensualis, et brutis quoque convenit, sed etiam voluntatem intellectualem (vernünftiges Wollen). Utrumque a se invicem discernitur.

Voluntas non est conjuncta cum necessitate sicut appetitio. Voluntas est actus arbitrarius, non vero appetitio; utraque autem est directio vis activae in determinatam agendi rationem contra ejus cohibitionem (Hemmung). Fame coacti e. g. cibum appetimus, vel potius nitimur in eum statum adduci, quem cibus in nobis efficit. Hinc fames est cohibitio quaedam nostrae vis activae; et directio nostrae activitatis in hanc cohibitionem dicitur cupido (Begierde). Ita etiam oritur cupiditas et novi studium (Neugierde). Voluntas etiam est conatus quidam in determinatam agendi rationem, sed conatus ad adimplendam legem

moralem. Sed in nostro arbitrio est positum, an, quae ratio dictat, appetere velimus nec non. Si appetimus ea, quae rationi repugnant, in hoc statu dirigimus activitatem nostram contra moralitatem, seu contra bonum.

Si appetimus solum bonum i. e. quod legi rationis convenit, dirigimus nostram activitatem contra sensualitatem. In utroque casu habetur directio nostrae activitatis contra quamdam cohibitionem. Definiri itaque potest facultas appetendi: Directio nostrae animi activitatis contra cohibitionem quamdam seu renisum. (Das Vermögen die Thätigkeit der Seele gegen eine Hemmung oder Widerstand zu richten.)

§. 39.

Primae nostrarum appetitionum sunt naturales indigentiae seu necessitates e. g. famis et sitis satiatio &c. Stimuli, quibus homo ad ea procuranda fertur, quae natura sensualis exigit, instinctus seu stimuli naturae appellantur. Facultas appetendi duplici modo se manifestat, appetitionibus nimirum et aversionibus. Supremae omnis adpetitionis conditiones duae sunt:

1. Aliquid, quod appetitur i. e. objectum, seu materia appetionis.

2. Subjectum, quod appetit, quodque formam i. e. modum appetitionis constituit.

Subjectum, si fuerit sensualitas, facultas adpetendi ipsa sensualis adpellatur, ejusque forma ita designatur: Omne id adpetimus, quod oblectat, aversamur contra, quod molestum est. Subjectum si fuerit intellectus, facultas adpetendi sensitiva dicitur, hacque formula designatur: Omne, quod utile est, i. e. aptum medium ad assequendum praefixum finem, adpetimus, aversamur contrarium.

Hoc sensu voluntas dicitur arbitrium (Willkühr). Tandem si adpetendi forma a sola ratione determinatur, facultas adpetendi pure rationalis vel voluntas sublimiori sensu vocatur. Adpetendi facultas pure rationalis etiam superior dicitur (das höhere Begehrungsvermögen); sensualis et sensitiva inferiorem adpetendi facultatem (das niedere Begehrungsvermögen) constituunt.

§. 40.

Appetitionum et aversionum vehementia vel infirmitas a pluribus causis pendet. 1.) Appetitio eo vehementior est, quo majorem objecti adpetitionis necessitatem esse cognoscimus. 2.) Quo clarior et vividior est voluptatis vel

taedii repraesentatio, ad quam appetitio vel aversio dirigitur. 3.) Quo saepius voluntate quisquam ex objecto quodam profecta fruitur, eo vehementior est appetitio. 4.) Quidquid phantasiam reddit vividiorem et efficaciorem, et novi cognoscendi studium excitat, appetitiones quoque vel aversiones intendit. 5.) Denique cupiditates homogeneae simul animum occupantes se mutuo intendunt, alteraque ab altera vim mutuat.

§. 41.

Phoenomena quaedam facultatis appetendi.

Prima actio facultatis appetendi est nisus quidam instinctuum indeterminatus ad satiationem vel ad bonum statum sine conscientia ejus aut mediorum. Ubi vero objectum aut bonum aliquod, quo instinctui satisfit, quodque suaviter nos afficit, cognitum est, appetitio in hoc objectum directa dicitur a) cupido (Begierde). Cupiditas in futurum bonum et difficile obtentu directa in vernacula Verlangen, et si vehementior est, Sehnen, Sehnsucht, vocatur.

b) Propensio vel inclinatio (Neigung) est perdurans vel perpetua directio appetitionis in quoddam genus objectorum; ergo cupiditas perdurans sed lenior, velut: litterarum, musicae &c. declinatio (Abneigung) est contrarium. Propensio vel inclinatio supponit rationem (Grund) sive in corporis sive in animae naturali indole vel in consuetudinibus.

c) Proclivitas vel propensitas (Hang) est fortior proniorque propensio seu inclinatio. Discrimen ergo propensionem inter et propensitatem tantum quantitativum intercedit. Propensio autem conspirantibus certis circumstantiis facillime in proclivitatem abit. Sic propensio in lusum facile abit in proclivitatem ludendi, si lucri cupido ac necessitas urget.

d) Ex cupiditatibus fortioribus et perdurantibus nascuntur pathemata seu passiones (Leidenschaften), quia animus quasi in statu passivo versatur. Passio igitur major gradus proclivitatis est.

Nota. 1.) Quodvis pathema ex satiatione frequentiori cupiditatis gradatim nascitur, et satiatione qualibet novas vires acquirit. 2.) Passiones e vi cupiditatis et sensione cum iis juncta attentionem animi in ea objecta, quibus satiari possunt, tam acriter defigunt, ut voluntate avocari nequeant. Hinc notionis fixae instar, amentiae affines sunt. 3.) Passiones vires animi et voluntatis non solum vehe-

menter concitant, sed et augent, inde earum perniciositas eo magis elucet. 4.) Passiones ad cupiditates relatae non secus se habent, ac affectus ad sensiones; in utroque casu libera deliberatio turbatur. In hoc autem differunt, quod passiones perdurant, affectus celeriter evanescunt. Passiones e numero propensionum sensitivarum dominantium, affectus ex motuum animi sensitivorum et perturbatorum sunt. Praeclare Kant discrimen affectus inter et passiones enucleat in sua Anthrop. p. 203 ita disserens:

»Leidenschaft ist eine durch Vernunft des Subjekts schwer oder gar nicht bezwingliche Neigung. Sie ist eine selbst verschuldete Unfreyheit. Der Affekt ist dagegen das Gefühl der Lust oder Unlust, welches im Subjekte die Ueberlegung (die Vernunftvorstellung, ob man sich demselben überlassen oder weigern soll), nicht aufkommen läßt. Zur Leidenschaft gehört Wille, zum Affekte nicht. Der Affekt ist übereilt, d. h. er wächst geschwind zu einem Grade des Gefühls, der die Ueberlegung unmöglich macht. Die Leidenschaft ist ein Streben, der Affekt mehr ein Gefühl. Die Affekte können auch moralisch seyn, aber nicht die Leidenschaft. Affekte sind ehrlich und offen; Leidenschaften dagegen hinterlistig und versteckt. Wen der Affekt wie ein Raptus anzuwandeln pflegt; der ist, so gutartig einer auch seyn mag, doch einem Gestörten ähnlich; weil es ihn aber bald darauf reuet, so ist es ein Paroxismus, den man mit Unbesonnenheit betitelt. Sokrates war im Zweifel, ob es nicht auch manchmal gut wäre zu zürnen; aber den Affekt so in seiner Gewalt zu haben, daß man kaltblütig überlegen kann, ob man zürneu soll oder nicht, scheint etwas Widersprechendes zu seyn.

§. 42.

Notio passionum.

In designandis passionibus a primariis quatuor hominis stimulis (Trieben) exordiendum est, quia quaevis passio nihil est aliud, quam satiatio unius alteriusque stimuli. Hi sunt:

1. Stimulus activitatis (Thätigkeitstrieb); activitas enim essentiam animae nostrae constituit. Si stimulus hic nimis vehemens est, abit in studium libertatis (Freyheitssucht), qua omnem vim ac necessitatem i. e. coactionem (Zwang) amovere conamur. Si vero stimulus hic est debilior, abit in inertiam seu otium (Unthätigkeit).

2. Alteram classem constituunt stimuli sensitivi cum reflexione quadam et relatione ad ea, quae fini respondent, conjuncti. Nituntur hi empiricis cognitionibus amoeni et

inamoeni, utilis vel noxii; stimulus fruendi (Genußtrieb); oritur inde fruendi studium (Genußsucht), quod iterum abit in studium ludendi (Spielsucht), asotiam (Lüsternheit, Gaumlust), studium voluptatis, gulae et commessationum, studium luxuriae, corporis et aliarum vitae commoditatum &c.

3. Ad tertiam classem refertur stimulus vitae (Lebenstrieb). Huc referuntur omnia media vitae conservandae, aversatio eorum, quae nauseam pariunt, horror eorum, quae vitae et sanitati periculum minitantur. Si vita unicus est finis, oritur studium vitae conservandae (Lebenssucht). Quodsi vero stimulus hic penitus negligitur, oritur satietas, taedium vitae (Lebenssattheit, Lebensüberdruß), quod plerumque sequitur autochiria.

4. Stimulus sensionum sympatheticarum (der sympathetische Trieb), quo ad aliorum felicitatem fundandam juvandamque ducimur; sympathia, cui si sexus instinctus jungitur, amor in sensu proprio dicitur. Contrarium est antipathia, quae abit in odium et inimicitiam.

5. Stimulus honoris (Ehrtrieb), quo homines ad honores et divitias vitamque commodiorem sibi procurandam incitantur.

Si majorem assequitur gradum, oritur inde ambitio, quae est studium aliorum venerationem sui et aestimationem excitandi, et cupido honoris (Ehrsucht), quae est studium aliis antecellendi contemnendo merita aliorum, eosque superandi.

§. 43.

De passionum divisione et formis.

Omnes passiones originem suam ex facultate appetendi ducunt. Quoniam vero omnes stimuli jam positive jam negative sese exerunt; hinc divisio et forma passionum sequens obtinet.

Forma passionum.

Stimuli.	Passiones a) positivae.	b) Negativae.
I. Stimulus activitatis (Thätigkeitstrieb).	studium libertatis Freyheitssucht.	Ignavia, otium, vacatio a labore, Müssigang.
II. Stimulus fruendi. (Genußtrieb)	studium fruendi, asotia, Eßsucht, Gaumlust, Trinksucht, Spielsucht ꝛc.	Taedium, aversatio, Unlust, Scheu.

III. Stimulus vitae (Lebenstrieb).	studium vitae, Lebenssucht.	Satietas vitae, Lebensüberdruß.
IV. Stimulus sympatheticarum sensionum (der sympathetische Trieb).	Voluptas, amor, Zuneigung, Liebe.	Odium, invidia, zelotypia, Haß, Neid, Eifersucht.
V. Stimulus honoris (Ehrtrieb).	Studium honoris & gloriae, Ehrgeitz.	Dominandi cupiditas, superbia, ambitio, Herrschsucht, Stolz, Hochmuth.

§. 44.

Teste experientia constat, nihil magis mentem nubilam atque vero videndo imparem et ineptam efficere, quam affectus et passiones, unde plurimae illusiones et errores prodeunt. Animus enim affectibus i. e. vehementiori et repentino alicujus vel voluptatis vel doloris sensu rei examen impediente commotus, plerumque menti vividis et fallacibus rerum speciebus illudi, debitas objectorum repraesentationes aut auferri, aut mutari, atque ita judicia praecipitari et perverti necesse est. Quare imprimis curandum, ut animum studio et affectu vacuum ad inquirendum et judicandum adferamus; deinde ne animus ad assumendos (induendos) affectus pronus efficiatur. Magni itaque interest, vehementes inclinationes praepedire et passionibus dominari, quem in finem sequentia teneantur:

a) Diligenter inquiratur, in quales affectus animus maxime sit proclivis, quibus objectis et occasionibus seu causis facillime irritetur? Et quoniam plurimum hic in imaginatione positum est, repraesentationibus de objecto maxima claritas affundenda, ut pateat, quid praejudicia, falsae suppositiones, idearum associationes contulerint aut in iisdem mutaverint.

Quo enim clarius principia affectus cognoscuntur, eo magis idem debilitatur; quanto accuratius frequentiori disquisitione cognita fuerint, eo citius ipsis resistemus.

Permagni hic refert, ut causae externae cum omnibus minimisque adjunctis hic diligentissime considerentur; vehementissimi enim animi motus minimis a rebus saepius excitantur.

b) Antequam igitur judicia feramus, aut ab aliis lata nostra faciamus, imprimis an rectis potiamur de subjecto et praedicato notionibus perpendere, deinde an idoneae i. e.

sufficientes vel praeponderantes rationes praesto sint, inquirere necesse est; quae si desint, judicia suspendere, alias vero pro rationum indole et pondere temperare et moderari oportet, ne ita judicia quaecumque praecipitemus, sed considerationem rerum, examen rationum, adeoque diligentiam et tempus adhibeamus, et assentiendi ac judicandi praecipitantiam et temeritatem sedulo fugiamus.

c) Exercitium ubique ita hic quoque plurimum praestat; utendum igitur variis signis, rebusque ad saepius renovanda rationis praecepta affectibus nostris opposita, quibus eadem altius menti imprimuntur, arctiusque nostris ideis conjunguntur; eadem monita autem tum potissimum diligentius animo revolvantur, si occasio imminere videtur, quae nostrum affectum irritare posset.

d) Quoniam novum et inexpectatum praecipua causa est, qua res amoenae et inamoenae vehementiores animi motus excitant, multum proderit, gravissima quaeque, quae in variis vitae rationibus hominibus accidere possunt, saepe tranquillo animo pensare, eaque nobis reddere familiaria, ut si acciderint, a vi imaginandi non aliis formis induantur. Maximus sane fructus, quem ex ejusmodi meditationibus praevie institutis capiemus, in eo consistit, quod assuescimus speciei rerum seu apparentiae (Schein) diffidere. Sic e. g. aequiore animo feret fortunarum ruinam, cui persuasum est, recte factorum conscientia et sana ratione dignitatem naturae humanae semper vindicari; summum in eo positum est, ut rerum pretium juste recteque aestimare discamus.

e) Conemur affectus cohibere supprimendo verba, vultus gestusque, quibus se prodere solent; externa enim quies internam animi tranquillitatem non parum adjuvat.

f) Imprimis curandum, ut a praejudiciis simus liberi; neque admittamus, ut nimia sensibilitas ex ambitione et amore proprio proficiscatur. Porro vis imaginandi coercenda est, imbuendo animum clarioribus rerum ideis, occupando sensus externos, et attentionem objectis veris, vel exercendo animum et mentem excolendo sublimioribus scientiis, arte poetica reliquisve operibus praestantioribus bonarum artium; uti enim ignorantia affectus alit, cum nimirum desit bonorum verorum et praestantiorum notitia; ita rarius oriuntur fortioris animi motus minoremque impetum habent, ubi ratio adolevit, atque nativum imperium suum in sensus, phantasiam, animique motus ac inclinationes consecuta est.

Institutionum ad Eloquentiam

Pars I.

Caput I. De Stylistica.

§. 1.

Pro triplici eloquentiae fine stylus quoque triplex est: prosaicus, poeticus et oratorius.

a) Stylus prosaicus, si aptus est, excellit summa perspicuitate et claritate.

b) Stylus poeticus excellit summa suavitate seu pulchritudine.

c) Stylus oratorius summa gravitate seu vi. *)

*) Entspringt die Darstellung unmittelbar und zunächst aus Vorstellungen; so entsteht daraus die Sprache der Prosa, weil die Prosa zunächst Darstellung von Begriffen ist. — Dagegen ist die Sprache der Dichtkunst Darstellung von Gefühlen, deren Ausdruck sich in einer reichen und mannigfaltig schattirten Bildersprache ankündigt, wo aber, weil das Gefühl nicht unmittelbar in der Sprache dargestellt werden kann, sondern nur mittelbar durch Vorstellungen, in welche die Gefühle aufgelöset werden müssen, die Darstellung, in ihrer wörtlichen, d. i. äußern Gestalt, der Sprache der Prosa scheinbar ähnlich ist, und von derselben nur nach der Zurückführung auf ihren Ursprung aus dem Gefühlsvermögen unterschieden werden kann. — Die Sprache der Beredsamkeit endlich, deren höheres Leben aus angeregten Trieben und Bestrebungen des Bestrebungsvermögens hervorgehet, und wieder zunächst die Belebung und Anregung des Bestrebungsvermögens bei Andern beabsichtigt, steht gleichsam zwischen der Sprache der Prosa und Dichtkunst in der Mitte, (Part. III. Cap. 2. §. 3) weil jeder Trieb unsers geistigen Wesens eine Bewegung und Thätigkeit beider, des Vorstellungs- und Gefühlsvermögens, voraussetzt. Die Sprache der Beredsamkeit will daher auf Vernunft und Gefühl gleich stark wir-

Perspicuus imo suavis et nonnunquam etiam gravis sit quidem
stylus cujuslibet sermonis; at
stylus prosaicus maxime perspicuus,
stylus poeticus maxime suavis,
stylus oratorius maxime gravis esse debet.

Sectio I. De styli perspicuitate.

§. 2.

Perspicuus dicitur stylus ejus sermonis, qui ab omnibus, quibus profertur, facile intelligitur. Intelligere sermonem significat: ex verbis cogitata loquentis aut scribentis agnoscere.

Perspicuitas styli duplex est:

1. Perspicuitas formae internae seu cogitatorum secundariorum, i. e. perspicuitas realis seu rerum.
2. Perspicuitas formae externae i. e. perspicuitas dictionis. (Es können Gedanken recht seyn, aber man kann sie unbeholfen ausdrücken.)

§. 3.

Ut stylus sit perspicuus, requiritur:

I. Ut adsit sensus sermonis seu dictionum (in dem Gesagten). Sensus enim sunt cogitata, quae per verba lecto-

---

ken, und eben so für die Einbildungskraft ein Bild von dem dargestellten Gegenstande vermitteln, wie sie die Vernunft zu überzeugen, und den Willen zu Handlungen zu beleben sucht. Sie muß, wie die Sprache der Dichtkunst, die bei ihr zu Grunde liegende Bestrebung für die Darstellung ebenfalls erst in Vorstellung verwandeln, und erscheint deßhalb, nach ihrer äußern Gestalt, als Prosa; sie ist aber, nach ihrem Ursprunge in dem menschlichen Bestrebungsvermögen das im Bewußtseyn sich ankündigt, eine eigenthümliche und für sich bestehende, von Prosa und Dichtkunst verschiedene, stylistische Form. — In einer ausgebildeten Sprache ist jede dieser drei Formen der Darstellung, (die Sprache der Prosa, der Dichtkunst und der Beredsamkeit) ein in sich vollendetes Ganzes, dessen Grenzen gegen die beiden andern, durch die vorhandenen Meisterwerke der Classiker in derselben, genau gezogen werden können. Der wirklich classische Schriftsteller wird daher, wenn er eine derselben für seine Darstellung wählt, dieselben nie mit einander verwechseln. —

ribus vel auditoribus significantur. Sermo, qui caret sensu, cujus sensum culti et linquae periti agnoscere non possunt, est obscurus, et si perturbatus cogitandi ordo accedat, perplexus, sinnlos, Gallimathias. Ex absentia ergo sensus sermonis, (Mangel des Sinnes einer Rede) vel ex incogitantia scribentis aut dicentis oritur perplexitas. e. g. Man muß sich die Seele als undenkbar denken; oder Friedrich Schlegel sagt: Göthe's reine poetische Poesie ist die vollkommenste Poesie der Poesie.

Hinc derivantur sequentes regulae:

1. Scriptorem oportet explicare rem, i. e. verbum vel notionem (Begriff), quando lector illam vel non vel perperam intelligere posset e. g. eine negative Brücke; ein unsichtbares Schiff. (Eine negative Brücke ist, die nicht über das Wasser, sondern unter dem Wasser gebaut ist, d. i. ein Kanal, wie in England. Ein unsichtbares Schiff ist, das unter dem Wasser schiffet.) Apud Ovid. Erat pro ventre locus, ein negativer Bauch.

2. Scriptorem oportet adhibere vocabula nota in sensu noto i. e. quibus usi sunt classici scriptores et in quo sensu usi sunt. Hinc constructiones et vacabula

a) nova, b) obsoleta, c) peregrina vitanda, ut: gallicismi, germanismi, bohemismi &c.; item termini technici et provincialismi.

Ad Imum. Novam verborum invenire radicem, vel proferre tota nova vocabula, scriptoribus non licet; verum autem duce analogia vel nova verba componere, vel a nota radice nova derivata (Neologismus) formare, salva tamen linquae virtute et perspicuitate licet, (quod in linqua vernacula saepe obtinet) e. g. Wohlstand; daher kann man auch richtig sagen: Wehstand; Mißton, daher auch mißtönig. Wie man Zwillinge sagt; daher auch: Vierlinge, Fünflinge. Wie Schauspiel, Schauplatz, daher auch: Schaufest. Man sagt: Seeheld, auch Landheld; so wie Fremdling, Schwächling, auch Weltling, statt Weltkind, oder von krank, Kränkling; Stutzer, übersetzt mit Schönling. — Redensarten, es flocket, der Fels gipfelt sich hinan.

Nota 1. Novitas styli exigit, ut auctor, ubi necessarium, commodum et utile est, ejusmodi novis vocibus, novis exhibendi rationibus utatur, et a notis et vulgaribus abstineat, e. g. blasser Tod, Todesnacht, rege Lüste, vulgaria sunt, nova; ein staubiger Pendant; was kann die todte Zunge, die lechzende Sprache sagen; der Feuerrausch des Genies, der Thatengeist, der Buchstabenkram rc. Novae autem voces et sententiae erunt, non, quae numquam auditae, sed quae

usu adeo non vulgari adhuc valent ad retinendos animos, seu ad claritatem rei affundendam e. g. Manche Staaten gleichen den Alpengebirgen. Multum haec novitas nonnumquam consulit brevitati, claritati, varietati et dignitati styli. Locum autem habent voces novae in exprimenda nova idea; dilucidanda veteri per novas secundarias ideas et rationes, ad evitandas humiles et asperas e. g. Eislauf pro Schlittschuh; Sammelorden pro Bettelorden; Vorgefühl pro Vorgeschmack; Schriftenthum für Literatur; Freilager für Bivouak; ad ideam pluribus vocibus significatam, per unicam ideam exprimendam e. g. beblümen, entblättern.

Nota 2. In formandis ejusmodi novis vocibus teneatur praeprimis analogia (Sprachähnlichkeit). Quemadmodum e singulis vocibus ita earumdem e junctura novitas enascetur; e. g. jungendo nonnulla verba cum genitivis; ich lache deiner Drohungen; oder des Kummers lachen, der Thränen spotten; jungendo adverbia et adjectiva cum genitivis; wenig der Freuden, so viel der Folgen, keine der Empfindungen; item, der Könige größter, Europa's Cultur; — dativi utilitatis: dir duftet die Rose, dir lacht die beblümte Wiese, dir flehen wir. Plurimum hic valebit inversio, et nova vulgares cogitatus exprimendi ratio ope figurarum, troporum et periphrasis; e. g. pro: die bekanntesten Wahrheiten können von neuen Seiten betrachtet werden, ait Wieland: »Es gibt wenig gelehrte Gemeinplätze, welche, ohngeachtet der große Haufe der Gelehrten sich schon so viele Jahrhunderte darauf getummelt hat, so erschöpft, zertreten und ausgenützt seyn sollten, daß sie durch Einzäumung und Bearbeitung nicht eine neue Gestalt gewinnen, und in fruchtbare Plätze verwandelt werden können.« — Inversio in verbis, e. g. Dich erfreut seine Ankunft? — Einen Treulosen nennst du mich? statt, du nennst mich einen Treulosen. — Auf deine Freundschaft gründe ich meine ganze Hoffnung. — Mächtig sind meine Feinde. — Die Tage unsers Lebens, wie schnell fliehen sie dahin!

Inversionem in sententiis vocabant Graeci Hyperbaton, quae figura praecipue in affectu propria est. Z. B. Longin führt eine Stelle aus Herodots Geschichte an, wo Dionysius sagt: Wir stehen am Rande des Abgrunds, ihr Jonier; wir müssen frei bleiben, oder Sklaven werden, flüchtige Sklaven; wollt ihr nun euch ermannen, so wird euch zwar eine große Arbeit bevorstehen; aber das ist der einzige Weg, die Feinde zu überwältigen. *)

*) Dieß, fährt Longin fort, hätte der natürlichen Ordnung nach so müssen gesetzt werden: „O Ihr Jonier, nun ist es Zeit,

Ad IIdum. Verba obsoleta.

Obsoletis dictionibus seu archaismis uti solent, cum novae deficiunt, quae eamdem notionem exponunt, vel ut rem brevius aut fortius exprimant, scilicet salva perspicuitate, e. g. Minne statt Liebe; Fehde statt Streit, Uneinigkeit; Kunde statt Kenntniß; Frommen rc. Klopstock wollte ausdrücken das Gegentheil von Scham, daher sagt er: Unscham. Schon Horaz sagt eben so schön als wahr:

»So wie die Wälder das Laub mit den eilenden Jahren verändern,
Voriges welkt: so vergeh'n absterbender Worte Geschlechter.«

Epist. ad Pis. von Voß übersetzt.

Ad IIItium. Peregrina vocabula.

Peregrinis vocabulis licet uti: 1. si jam usu sunt recepta; e. g. Natur, Hospital, Bibel, Pallast u. s. w. 2. in titulis magistratuum, et id genus designandis; e. g. Consul, General, Lieutenant, Direktor, Präfekt, Comissär, Student; so auch: Publikum, naiv, Galanterie, Humanität.

Vitiosa vero semper sunt, saltem in stylo cultiori, si vel antiqua vel nova eorum vices recte gerere possunt; e. g. honorarium, dafür Ehrengeld für Geistes- und Kunst-Arbeit, nicht Lohn. Biggoterie, dafür Andächtelei, Frömmelei. Revolution, dafür Staatsumkehrung, Staatsumwälzung. Dignitität, dafür Würde rc.

2. Dictiones e peregrina linqua receptae, atque ingenio vernaculae repugnantes, ut: Gallicismi, latinismi, graecismi, anglicismi, bohemismi; z. B. Es macht kalt, warm; er thut studiren, wir wollen sich setzen rc.

Ad IVtum. Technica vocabula.

Terminis technicis uti licet illis, qui artium peritis scribunt, nisi vocabula superflua aut ingenio linquae obsunt; e. g. Löffel für Ohren, Läufe statt Füße; Schweiß statt Blut rc.

---

euch zu ermannen; denn wir stehen am Rande des Abgrunds." Herodot setzt die Anrede an die Jonier nach, als wenn der Redner sie im Drange seiner Furcht gar nicht anreden würde; dann verwirft er die Ordnung. Denn ehe er noch gesagt hat, daß die Jonier sich ermannen sollten, was die Hauptabsicht seiner Ermahnung war, sagt er schon die Ursache, warum sie sich ermannen sollten: „wir stehen am Rande des Abgrunds." Diese Wendung macht dann, daß man glaubt, er spreche, was ihm eben sein Gefühl eingibt, nicht was er vorhin überlegt hat.

Ad Vtum. Provincialismi.

Provincialismi sunt vocabula, vel constructiones, quibus soli incolae cujusdam provinciae adsuescunt. Z. B. balde, statt bald; wag statt weg; die Brüderinn statt Bruders-frau. Die Mädchens, Fräuleins; Ich versichere Ihnen rc. Nonnunquam egregii sunt et receptu digni, e. g. die Sonne röthet die Wolken, statt die Wolken röthen sich. — Unser Herz erwarmt (wird warm) an ihrer Brust. Schiller. — Zahmen, statt zahm werden; klaren, statt klären; der Wein klart, statt, wird klar; es gutet dem Kranken — wird ihm gut; es heimelt mir an — ist mir heimlich. So gebraucht Voß das Wort mucken, vom mürrischen Stillschweigen mit kurzen brummenden Worten:

»Umsonst! die Mucker mucken fort,
Und reden kein vernünftig Wort,
Und spielen!«

Nota. Ex provincialismis efflorescunt variae dialecti linquarum.

§. 4.

Ut stylus sit perspicuus, requiritur

IIdo. ut adsit sensus completus seu perfectus.

Sensus erit plenus, si omnia ad ejusdem determinationem necessaria adferuntur. Plenitudo sensus autem est vel grammatica, vel logica, vel aesthetica.

Plenitudo grammatica vetat, ne litterae, syllabae vel voces omittantur, quae ad sensum grammaticum absolvendum sunt necessariae; e. g. manch' ehrlicher Mann, gut Kind, habs verstanden.

Plenitudo logica petit, ne verba reticeantur, quae ad sensus plenitudinem pertinent, qualia sunt apud Germanos seyn und haben; e. g. Was ist die Weisheit denn, die wenigen gemein (ist). Hagedorn. Nec aliud nomen necessarium, e. g. sich schmeicheln (mit der Hoffnung); ne denique supprimantur determinationes ad intellectum totius necessariae; e. g. Nikodemus hoch gebildet, ein Mann von menschenfreundlichen Ansehen stand er (als). —

Plenitudo aesthetica exigit, ut quae ideae inter alias magis retinent animum legentis, diligentius excolantur per solennes enuntiationes; e. g. Dieser Sinn ist es, welcher uns den größten Reichthum von Ideen verschafft; vel per periphrases; e. g. Man muß mit einer gewissen Größe des Geistes geboren seyn, wenn man so werden will, wie er; pro: man muß groß geboren seyn.

§. 5.

III. Ut adsit unus sensus.

Unitas sensus consistit in eo, ut illa idearum series in lectoribus excitetur, nullaque alia, quam auctor intendit. Dictio plures sensus admittens est ambigua (zweydeutig). Ambiguitas seu διλογια, αμφιλογια oriri solet:

a) Ex verbis æquivocis seu homonymis, quae plures significatus admittunt; e. g. parentes Aeltern et pārentes Unterthanen. Captus oculis, ergötzt, getäuscht und blind. Cicero Caesarem laudandum et tollendum censuit. Tollere wegschaffen — erheben mit Lob; oder: Wahrheit verfolgen, u. s. w.

Nota. Licet tamen vocabulis homonymis tum uti, si illorum sensus indubius ex contextu elucet; e. g. Die Wahrheit mit seinen Gedanken verfolgen. — Laudibus tollendum esse.

b) E verbis, quae activum et passivum sensum admittunt; e. g. Sein Empfang war kalt, mürrisch, d. i. er hat sich kalt empfangen, vel; er ist kalt empfangen worden; item ex adjectivis, quæ diversum sensum admittunt; e. g. göttliche Liebe, Liebe Gottes, Liebe zu Gott.

c) Ex constructione dubia; e. g. Salomon Davidis filius, qui Hierosolymae templum exstruxit; oder: „Der Verfasser des Agathon, welcher so lange berühmt seyn wird, als etc. qui potest referri ad Salomonem et Davidem; welcher sowohl auf den Agathon als auf den Verfasser des Agathon! Hominem egregium ob factum laudant; ambiguum est, anne egregium ad hominem, an ad factum pertineat. Er beschrieb ihn sehr einfältig; d. i. 1) Seine Beschreibung ist einfältig; 2) Er hat ihn geschildert als Einfältigen. — Er hat die Tugend glänzend geschildert. — Der Hirt trieb die Heerde blöckend aus etc.

§. 6.

IV. Ut sensus facilis sit intellectu.

Sensus facilitas in eo consistit, ut oratio in animum, sicut sol in oculos incurrat. Quare, ut non tantum quis intelligere possit, sed ne omnino possit non intelligere, curandum. In hunc finem adsit ordo cogitatuum et verborum. Ordo est series rerum, quae efficit, ut omnes simul facillime possint intelligi et percipi. Ordo, qui rectus non est, nullus ordo est.

a) Cogitata sunt ordinata, quorum illa, quae natura praecedunt, primum, quae autem serius cogitantur, secundum occupant locum, quae autem simul cogitantur, conjuncta sunt.

Naturalis ordo est: subjectum praecedit, praedicatum sequitur et copula. Latina linqua praedicatum copulae praeponit, et germanica postponit praedicatum.

Naturalis cogitatuum ordo erit itaque: Deus mundum condidit; Gott schuf die Welt; oder Gott hat die Welt erschaffen; item: Navigavit. Tempestas exorta est. Navis fracta est. Vitam servavit ex undis.

Primo itaque sermo sit de itinere, dein de tempestate, tum de nave fracta, denique de vita servata. Requiritur autem ad ordinem conjunctio cogitatorum; e. g. Quum navigaret, tempestas exorta est tam vehemens, ut navis frangeretur; sed tamen vitam servavit ex undis, vel: quamvis fracta est navis, tamen vitam servavit &c.

Nota 1. Peccant, qui jungunt illa, quae simul non cogitantur; ad se itaque non pertinent; e. g. Kaum hatte ich ihn erblickt, so stürzte ich in seine Arme, und so traten wir ins Zimmer, wo mir Alle Glück wünschten, daß ich meinen Freund gefunden hätte, der auch sogleich alle seine Sachen ins Haus bringen ließ. Besser wäre es allerdings: Kaum hatte ich ihn erblickt; so stürzte ich in seine Arme. Darauf traten wir ins Zimmer, und Alle wünschten mir Glück, daß ich meinen Freund gefunden hätte. Er ließ alle seine Sachen sogleich ins Haus bringen.

Hinc peccatur in perspicuitate, si vel praedicatum a subjecto, vel particulae, adjectiva &c. nimis sejungantur ab illis vocibus, ad quas referendae sunt, per nimium longas parentheses. z. B. Die Sonne stieg am frühen Morgen über die Gipfel der Berge, welche sich am Horizonte lagerten, mit majestätischem Glanze auf. (hier ist auf zu weit).

Nonnumquam tollitur talis obscuritas apta repetitione; e. g. Laß uns in zärtlicher Umarmung den kommenden Morgen, den Glanz des Abendrothes, und den sanften Schimmer des Mondes, laß uns die Wunder betrachten. Geßner.

Nota 2. Stylus, qui jungit res heterogeneas, homogeneas autem jungere negligit vel disjungit, est stylus confusus (verwirrt).

b) Ex sermone eluceat, an id, quod dicimus, verum, aut verosimile, aut possibile, aut falsum ducamus.

c) In rebus historicis vel in factis exponendis adjiciantur modus, conditio, tempus, locus, omnes circumstantiae necessariae; haec enim perspicuitatem multum adjuvant; e. g.

1. Adjectio conditionis; e. g. Pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, eumque, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, juveris. Cic. Item legem Rullii agrariam dissuasurus ita loquitur Cicero Agr. II. Omni hoc vobis ratione confirmare pos-

sum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem, cognoscendamque venisse, ut, si eam vobis accomodatam atque utilem esse intelligerem, auctor ejus atque adjutor essem.

2. Adjectio modi, quo res facta est; e. g. Ego, quae te velle, quaeque ad te et ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo. Cic. Item. Pompejus, qui rebus multis bene gestis cognomen Magni jure acceperat, tandem in Aegypto misere periit.

3. Adjectio instrumenti, seu rerum, per quas aliquid efficitur e. g. Ciceroni eloquentiae magnitudine contigit, ut licet ignobilis esset, ad summos honores perveniret. — Gravis etiam illa est, et plena dignitatis dicendi facultas, quae saepe valuit in Consule deligendo, posse consilio atque oratione et senatus et populi, et eorum, qui res judicant, mentes permovere. Cic. in Muren.

4. Adjectio status notionis temporis, quo aliquid factum est; e. g. Cicero in oratione pro lege Manil. hortans Romanos, ut maculam in bello superiori Mithridatico conceptam deleant, ita loquitur: Et quoniam semper adpetentes gloriae praeter ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda vobis est macula Mithridatico bello superiori suscepta &c.

5. Adjectio loci, quo res gesta est; e. g. De caede civium romanorum jussu Mithridatis facta loquens Cic. ibidem: Quod is, qui uno die, tota in Asia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque una litterarum significatione cives romanos necandos, trucidandosque denotavit, non modo poenam nullam, suo dignam scelere suscepit &c.

6. Adjectio effectus seu consequentiae; e. g. Cicero ibid. cap. 6. docet, Asiam provinciam propter vectigalia non modo a calamitate sed etiam metu calamitatis defendendam: nam ceteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur; at in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse adfert calamitatem. Nam cum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit.

Hic desinere poterat, sed addit: Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest.

7. Periphrasis, quae id, quod paucioribus verbis dici poterat, pluribus effert; e. g. Nefarium est, iis vitam eripere, qui eam nobis dederunt; pro parentes occidere.—

Ita Cicero Pompejum circumscribens ait: Aut cur non ducibus Diis immortalibus, eidem, cui cetera, summa cum

salute reipublicae commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus, pro: cur non Pompejo hoc bellum regium committimus.

d) Devitentur justo plures notiones in una eademque propositione; e. g. Die in dem ersten vorliegenden Stücke dieses Werkes vorkommenden Abhandlungen ꝛc.

Nota. Stylus in genere, qui caret perspicuitate, nominatur obscurus.

§. 7.

Varietas styli in eo consistit, ut similes cogitatus diversa ratione exprimantur, salvis tamen reliquis styli virtutibus. Vetat igitur eamdem ideam iisdem semper vocibus repetere; sed ad synonimiam, periphrasim, enallagen, æquipollentiam recurrendum, nisi contrapositum adsit, vel comparatio; hic. enim eadem vox retinenda; e. g. Der Krieg, der in den Augen des Eroberers die würdigste Beschäftigung eines Fürsten ist, war nach dem Urtheile (in den Augen) dieses weisen Regenten ein nothwendiges Uebel.

Sectio II. De styli suavitate.

§. 8.

Stylus suavis nominatur, qui cogitatis secundariis utitur gratis, et omnia sic exponit, ut cultis lectoribus vel auditoribus placeant. Quod ut fiat:

I. Imprimis curandum est, ut singulae voces, jucunde cadant ad aures. Suavitas singularum vocum earumque consecutionis Euphonia (Wohlklang) vocatur, latine vocalitas, cui opponitur *Κακο*phonia (Mißklang).

Gratissimae vocales sunt: a, e, o; gratissimae consonantes liquidae, imprimis n; hinc syllabae on et no suavissime sonant; e. g. ruit oceano nox; oder Klopstock an den Mond: Willkommen o silberner Mond!

Euphoniam laedunt:

a) Hiatus (Mundöffnung), seu asper vocalium concursus; e. g. tumultu uno, illa arca, tibi idem, homo officiosus, omnino omnes.

b) Asper consonantium concursus; e. g. Spretus crebro spargit crudos rumores; grex ex Xerxis exercitu; stans scripsit, celer rivus, decimum milliare; so auch: Geliebt're pro geliebtere; schadten p. schadeten; prahl'risch; oder Göthes: »Stern der dämmernden Nacht! »So auch Schillers Vers: Brüder — überm Sternenzelt.

c) Monotonia (unangenehmer Gleichlaut), quae oritur ex coacervatione monosyllabarum, seu verbi ejusdem dimensionis, sonique; e. g. Hagedorn sagt: Wer, was er will, auch darf, will selten, was er soll. — Der Mann, der den Rath nicht nutzt, und nichts thut, als was ihm gut dünkt, wird nie ganz froh seyn. — Hac in re me rus non delectat; quid in hac re a te est actum. Huc quoque pertinent verba longiora, quae Horatius sesquipedalia appellat; e. g. »Die Coppenhagner Gesandten reiseten mit unglaublicher Eilfertigkeit, und einem außerordentlichen Gefolge, wohl ausgeschmückter vornehmer Standespersonen.« — Diese Stelle könnte man wirklich mit einer großen einförmigen Sandfläche vergleichen.

Ejusdem soni exempla: Man macht mir immer mehr Mühe; in der Mitte des Pallastes des Königs; in den Feldern des Schildes des Achilles. — Verae praestigatrices et insidiatrices. — O fortunatam natam me Consule Romam.

d) Aspera compositione plurium vocum, quae aures offendit et sensum obscurat; e. g. blumenbekränzt, goldbesetzt, tagtäglich, Allvollkommenheit, Kirschenblüthenbaum. »Mit Lorbern bekränzt fuhr er siegprangend auf dem Triumphwagen daher.«

§. 9.

Suavitas obtinetur.

II. Ut honeste cogitemus et scribamus; oritur inde styli dignitas (Würde). Dignitas posita est in convenientia sermonis cum cogitandi et sentiendi ratione hominum cultiorum; seu consistit in sermone classico. Laeditur autem vel singulis vocibus, vel integris sententiis.

a) Vocibus, quae actionem aut rem significant, quam cultiores celare solent: rilpsen, patschen, knurren, schnappen; — quae res adversas significant; heischer, belugsen, speyen, greinen, hudeln, manschen, schmieren; — quae ideam indecoram vel humilem exprimunt; fressen, saufen, grob, ungeschliffen, gierig; vel stercus curiae, Cic. — quae nomina mutila exprimunt; drunten, juks, Hans, Max, Nickel, rum, für herum &c.

b) Sententiis, quae imaginem vel ideam secundariam, minus decoram exprimunt; e. g. ins Gras beißen, Haare auf den Zähnen haben; in die Büchse blasen; gleiche Brüder, gleiche Kappen &c.

Res ejusmodi ingratae per leniores exprimendae seu mitigandae sunt, quod Euphemismum vocant, ab ευ et φημι e. g. Si quid humani ei accidat, pro: si mortuus fuerit; Gott nahm ihn zu sich; vel, ire quo saturi solent; vinum non odit, pro: potat; unanständig pro: unflätbig; hintergehen

p. betrügen; schlechte Lebensart p. Grobheit; ich danke p. ich will es nicht; zu sich nehmen oder essen statt speisen.

Vocabula plebeja et obscoena omnino vitanda sunt, quae in Demosthene, Isocrate, et aliis Graecorum oratoribus non invenies.

§. 10.

Suavitas obtinetur:

III. Acute dictis (witzige oder scharfsinnige Rede), quibus autem raro, et suo loco, tamquam condimentis (als Würze) sermonis utendum. Sunt vero acute dicta, quae rerum similium diversitatem, vel rerum diversarum similitudinem inopinate detegunt ita, ut percellamur; e. g. Martial sagt: Seine Nase ist so lang, daß, wenn er niest, er selbst nicht niesen kann.

Facultas, qua id possumus, acumen ingenii (Witz, Scharfsinn), vel acutum ingenium vocatur; e. g. Fabius Cunctator novam de Hannibale victoriam commentus est, non pugnare; vel Cicero cuidam dicenti, animum non despondendum esse, quia septem aquilae restarent, respondit: Recte hortareris, si cum graculis nobis bellum esset. (Aquilae et legiones, videntur apud Romanos res aequales) Vel: Quintus Metellus sepulchro suo inscribi jussit: Me tellus (habet, deckt mich). — Der Unterhaltungston in einer Kleinstadt verhält sich zu dem, in einer Großstadt, wie Bley zum Quecksilber.

§. 11.

IV. Vivide scribendo; oritur inde vivacitas et vigor styli.

a) Quum res, quae sensiles non sunt, phantasiae exhibentur i. e. tanquam sensiles tractantur (sinnlich dargestellt). Id etiam nominant graphice scribere, et verba, quibus id fit, nominantur epitheta graphica (sinnliche, malerische Beiwörter) colores vel flores styli; e. g. Die Greise waren die ersten Fürsten; lebhafter: Graue Locken waren die erste Krone; vel Ovid. pro maturo frumento: canae aristae (epith. graph.); pro vili cubili: in stipula quietem capere, et foenum capiti supponere.

b) Quum res exhibentur facultati sentiendi i. e. ita tractantur, ut sensa vel exprimant vel excitent; e. g. dulcia arva, süße Gefilde; ipsae te pinus, ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant. Virg.

Verba, quibus id fit, vocantur aesthetica (die eine Empfindung ausdrücken); e. g. Bemooßte Steine; epith. graphic; mit Moos bepolsterte Steine, est epithet. aestheticum. Der Himmel ist heiter; graphisch; — der Himmel lacht über die Fluren, ist ästhetisch; oder lachende Fluren, statt: fröhliche Fluren. —

§. 12.

Descriptio vivida et graphica, quae omnes rei praestantissimas partes phantasiae et facultati sentiendi exhibet, dicitur pictura (Gemählde, Schilderung). Brevior pictura vocatur hypotyposis, ab ὑποτυποω delineo, abzeichnen.

Quamvis res non sit individuum, tamen utpote individuum tractari potest; e. g. Apud Ovid. pictura noctis tacitae: Nullo cum murmure sepes, immotaeque silent frondes, silet humidus aër, sidera sola micant.

§. 13.

In descriptionibus aut res aut personae aut tempora explananda sunt. Si personae describendae, a primis ad ultima, seu a capite ad pedes ordine quodam progrediendum est. In descriptione rerum antecedentia potissimum et consequentia consideranda, attributaque recensenda sunt. Tempora porro ab adjunctis externis et internis describentur. Ad illustrandam descriptionem similitudines nonnunquam, exemplaque inducta serviunt.

Descriptionibus vigorem et amoenitatem conciliabimus:

a) inducendo objecta, quasi viva et agentia e. g. assurgunt colles, tollunt arbores ad coelum vertices; imo juvabit rem exhibere successive enascentem. Talis est descriptio certaminis curulis. Virgil. Georg. III. v. 103. sqq.

Nonne vides? quum praecipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus;
Quum spes arrectae juvenum, exultantiaque haurit
Corda pavor pulsans: illi instant verbere torto,
Et proni dant lora; volat vi fervidus axis.
Jamque humiles, jamque elati sublime videntur
Aëra per vacuum ferri, atque adsurgere in auras.
Nec mora nec requies. At fulvae nimbus arenae
Tollitur; humescunt spumis flatuque sequentum.

Item currus Achillis; Iliad. V. v. 720.

»Jene nun eilt anschirrend die goldgezügelten Rosse,
Here die heilige Göttin, erzeugt vom gewaltigen Kronos.

Hebe fügt um den Wagen alsbald die gerundeten Räder,
Eherne mit acht Speichen, umher an die eiserne Achse.
Gold ist ihnen der Kranz unalterndes; aber umher sind
Eherne Schienen gelegt, anpassende Wunder dem Anblick.
Silbern glänzen die Naben, in schön umlaufender Rundung.
Dann in goldenen Riemen und silbernen schwebet der Sessel
Ausgespannt, und umringt mit zween umlaufenden Rändern;
Vornhin streckt aus Silber die Deichsel sich; aber am Ende
Band sie das goldene Joch, das prangende; dem sie die Seile
Schön und golden umschlang. In das Joch nun fügete Here
Ihr schnellfüßig Gespann, und brannte nach Streit und Getümmel.

So auch Beschreibung des Abends a consequentibus:

Der erröthende Abend erwärmt die Luft; der Stier legt sein Joch, der Landmann seine Sorge ab. Die Wolken glühen mit vergüldetem Rand, und fallender Thau erfrischet die Erde.

Dusch.

b) non sine magno commodo res inanimatae quasi vita praeditae repraesentantur; z. B. Beschreibung des Morgens:

Aurora auf ätheſischen Winden getragen, athmet mit geröthe- ten Lippen den fröhlichen Morgen aus. Jedwede bethaute Blu- me beweint ihr kurzes Leben, und Cynthia schläft mit ihrem ge- liebten Endymion. Dusch.

c) si finis descriptionis simul est motus animorum, adferenda sunt omnia externa adjuncta, quibus animi motus, e. g. ira, tristitia &c. se produnt; ita Klopstock describit dolores Salvatoris in Gethsemane Mess. V.

Ueber den Staub der Erde gebückt, die im Gram vor dem Richter,
Gegen sein Antlitz herauf mit stillem Schauer erbebte,
Und im Beben den Staub zahlloser Kinder von Adam,
Alle verdorrten Gebeine der todten Sünder bewegte;
Lag der Messias, mit Augen, die starr auf Tabor gerichtet,
Nichts Erschaffenes sahen, des Richtenden Antlitz nur schauten,
Bang, mit Todesschweiße bedeckt, mit gerungenen Händen,
Sprachlos; aber gedrängt von Empfindungen! Stark wie der Tod trifft,
Schnell wie Gottes Gedanken, erschütterten Schauer auf Schauer,
Auf Empfindung, Empfindung, des ewigen Todes Empfindung
Den, der Gott war, und Mensch. Er lag und fühlt' und verstummte.
Aber, da immer banger die Bangigkeit, heißer die Angst ward,
Dunkler die Nacht, gewaltiger klang die Donnerposaune,
Da stets tiefer bebte Tabor unter Jehovah;
Statt des Todesschweißes vom Antlitz des Leidenden Blut rann;
Hub er vom Staube sich auf, und streckte gen Himmel die Arm' aus;
Thränen floßen ins Blut, er bethete laut zu dem Richter &c.

d) Adhibeantur voces, quarum sonus, successio et incessus orationis objectum describendum quasi imitantur: e. g. micantes fulsere gladii; patescit campus paulo latior; fit fragor &c.; röcheln, wiehern, sausen, zischen, knarren, summen, prasseln, klingeln, heulen, ipsum rerum sonum feliciter imitantur; *) Blitz, Langsamkeit, Donnergebrüll, praecipiti vel tardiori tono animum nostrum rebus conformiter percellunt. So sagt Virgil vom Gezische der Schlangen, welches er durch die häufig angebrachten Buchstaben i und s wählt: Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. **)

Nachahmung physischer Bewegung; die Eile eines Pferdes:

Quadrupedante putrem sonitu ferit ungula campum.

Die Schwerfälligkeit der Cyclopen:

Illi inter sese magna vi brachia tollunt.

Mit sehr mahlerischen Worten drückt Terenz Ueberdruß und lange Weile aus:

Taedet me quotidianarum harum formarum.

Multum hic valet, pro rerum describendarum natura longiorum breviorumque syllabarum variatio; e. g. laute Klagestimmen, lieblich tönende Worte, mollem mentis statum exprimunt; im Gefecht, mit Ungestümm, in der entflammten Schlacht, zu der vertilgenden Brut, vehementiorem indicant.

---

*) Lichtenberg sagt von Wörtern dieser Art, sie seyen nicht bloße Zeichen, sondern eine Art Bilderschrift für das Ohr.

**) Tasso ahmt den Schall der höllischen Trompete nach:

„Chiama gli abitator' dell' ombre eterne
Il rauco suon della Tartarea tromba,
Treman le spaziose atre caverne,
E l'aer cieco a quel romor rimbomba.
Nè sì stridendo mai dalle superne
Regioni del cielo il folgor piomba;
Nè sì scossa giammai trema la terra,
Quando i vapori in sen gravida serra.

Gries hat den nachahmenden Klang in seiner Uebersetzung glücklich ausgedrückt:

„Der höllischen Trommette wildes Schmettern
Erfüllt mit rauhem Lärm die düst're Gruft;
Sie ruft der ew'gen Nacht furchtbaren Göttern,
Und ihr erbebt des Orkus grause Kluft.
So krachte nie der Blitz in schwarzen Wettern,
Der wild herabfährt aus der höchsten Luft;
So schrecklich ward die Erde nie erschüttert,
Wenn dunsterfüllt ihr schwang'rer Schooß erzittert."

Sic Klopstock gravi versus incessu apprime tristitiam expressit:

»Dem Sterbenden bricht das Auge, und starret,
Sieht nicht mehr. Ihm schwindet das Antlitz der Erd' und des Himmels
Tief in die Nacht. Er höret nicht mehr die Stimme der Menschen,
Noch die zärtliche Klage der Freundschaft. Er selbst kann nicht reden;
Kaum noch mit bebender Zunge den bangen Abschied stammeln.
Athmet tiefer herauf, und kalter ängstlicher Schweiß läuft
Ueber sein Antlitz, das Herz schlägt langsam, dann steht's, — dann stirbt er.«

§. 14.

De usu descriptionum haec teneantur.

α) Descriptiones ampliores, rebus tantum gravioribus et rarioribus conveniunt.

β) Ea tantum in descriptione assumantur, quae vim imaginandi, animumque fortius afficiunt; nihil adferatur abstracti aut negantis, sed omnia in re describenda eidem sint potissimum propria.

γ) Servetur ordo in rei describendae partibus, quae eodem ordine exponendae sunt, ut nostros afficerent sensus, si iisdem objicerentur; e. g.

Draußen in dunkler Kühle der zwo breitlaubigen Linden,
Welche die tägliche Stub' an der Mittagsseite beschatten,
Ueber das moosige Dach hinsäuselten, schmaußte behaglich,
Im Schlafrocke der Pfarrer am steinernen Tisch, auf den Sessel,
Den, vor dem Winterkamin sein alter künstlicher Hausknecht
Heimlich geschnitzt, und mit Weiß und glänzendem Grüne bemahlet.
Sorglos saß nun der Greis, von Geliebten umringt und erfreute
Mit lehrreichem Gespräche sein Herz, und mancher Erzählung.
Küchlein im frohen Gedräng' und das Perlhuhn pickten der Jungfrau
Brod aus der Hand, weil fern der trotzige Hahn mit den Weibern
Harrte des Wurf's, und die trippelnde Taub' und der kollernde Puter.
Nachbarlich dort im Schatten des blutendoldigen Flieders
Nagte des Festmahls Knochen Packan, und murrte seitwärts
Auf die lauernde Katz', und schnapte sich sumsende Fliegen.

Oder mit kurzen, treffenden Worten: Draußen vor der niedern Thüre, unter einer Linde Zweigen, saß, in seines Amts Ge-

wande, einsam da der edle Greis. Seine Rechte hielt die Bibel, auf die Linke stützte, sinnend aufwärts schauend, sich das Haupt. Zu den Füßen ruhte schmeichelnd ihm sein alter, treuer Hund: und die letzten Sonnenstrahlen fielen mit den letzten Blättern seiner Lind' auf ihn herab.

In illa descriptione amoena regio domus primo loco describitur, quia ceterorum omnium praecipue in oculos cadit.

δ) Unitas; omnia, quae in descriptione adferuntur, eo tendere debent, ut objectum illa ex parte cognoscamus, ex qua nobis ob oculos est ponendum; quare perpetuo finis descriptionis est pensandus, omniaque examinanda, an ad hunc finem referuntur, nec ne; e. g. Talis est sequens descriptio cantus lusciniae:

Dort tränkt ein finsterer Teich weit um sich Weidengebüsche;
Auf Aesten wiegt sie sich da, lockt laut, und schmettert und wirbelt,
Daß Grund und Einöde klingt. — — — — — — —
Itzt girrt sie sanfter, und läuft durch tausend zärtliche Töne;
Itzt schlägt sie wieder mit Macht. Oft, wenn die Gattin durch Vorwitz
Sich im belaubten Gebau'r des grausamen Voglers gefangen,
Der fern im Lindenbusch lauert, dann ruh'n die Lieder voll Freude,
Dann fliegt sie ängstlich umher, ruft ihrer Wonne des Lebens,
Durch Klüfte, Felsen und Wald, seufzt unaufhörlich und jammert,
Bis sie vor Wehmuth zuletzt halb todt zur Hecke herabfällt;
Worauf sie gleitet und wankt mit niedersinkendem Haupte.
Dann klagt um sie der Schatten der todten Gattin, dann dünkt ihr
Sie wund und blutig zu seh'n. Bald tönt ihr Jammerlied wieder.
Sie setzt es Nächte lang fort, und scheint bei jeglichem Seufzer
Aus sich ihr Leben zu seufzen.

Kleist. Der Frühling.

§. 15.

V. Periodice dicendo.

De Periodologia (Periodenlehre).

Periodus (Satzverbindung), a graeco *περι* et *ὁδος*, proprie *περιοδευω* umgehen, umreisen, ambire; e. g. *περίοδος τῆς Ἀσιης*, die Küstenfahrt Asiens; hinc ambitus, circuitus, est enuntiatio, quae una vel pluribus propositionibus interjectis circumdata et amplificata, sensum plenum et perfectum efficit; seu est comprehensio verborum, totam sententiam ab initio usque ad finem complectens. Item alia definitio:

Periodus est propositio completa, pluribus aliis ita connexis constans, ut sensus non sit perfectus, nisi ultima pars accedat.

Nota. Datae periodi definitiones (ex etymo nominis) ad ejus formam tantum referuntur; quo ad rem (i. e. zum Behufe der Erfindung) ex constructione seu origine (nach ihrem Entstehen) declaranda est seu definienda. Est igitur periodus pars orationis ex pluribus propositionibus ad unum stylisticum totum ita connexis constans, ut primum in ejus fine seu conclusione sensus plenus et perfectus conjunctorum cogitatuum innotescat. Est vero oratio stylisticum aliquod totum tum primum, ubi ad regulas Grammaticae, Logicae et Aestheticae conformata, in omnibus suis partibus consona (harmonisch) est.

(Zum Beispiel kann die folgende Stelle aus Herders Rede über den echten Begriff der schönen Wissenschaften dienen: »So wie der Künstler, wenn er sich gleich dem Apollo und Antinous, die Töchter der Niobe, und den Laokoon schwerlich zu erreichen getrauet, dennoch mit unverrücktem Fleiß diese Meisterwerke der alten Kunst nachzeichnet, nachformet und studieret, weil er an ihnen die höchsten Regeln der Kunst wahrnimmt: so sollen auch wir die Muster der alten Denkart, und an ihnen ihre Einfalt und Würde, ihre bestimmte Genauigkeit und Wahrheit, ihren Wohlklang, ihre schöne Rundung und Harmonie, ihre Kürze mit ihrem Reichthum zum Vorbilde unserer Gedankenweise und unsers Vortrags, insonderheit in frühen Jahren, unabläßig studieren.« — Diese Periode besteht aus vielen größern und kleinern Sätzen, deren keiner, so wie er hier steht, für sich völlig bestimmt ist; alle zusammen aber bilden den harmonischen Verein des bedingten Ganzen.)

Propositiones periodice sibi junguntur duplici modo:

1. Inserendo unam alteri; e. g. Saepe res, licet sit difficillima, per industriam indefessam fieri potest facillima. — Die Naturgeschichte, wenn wir nur einige Blicke mit Aufmerksamkeit in ihr Innerstes werfen, verleitet uns die Weisheit und Güte unsers Schöpfers zu bewundern.

Nota. a) Propositio interjectis aliis circumducta, vel dissecta dicitur primaria (Hauptsatz), insertae vero secundariae vocantur.

b) Enuntiatio, quae propositioni insertae iterum inseritur, nisi sit brevis, laedit perspicuitatem.

2. Propositiones periodice sibi junguntur per particulas relativas, seu conjunctivas; e. g. Adolescentes mori sic mihi videntur, ut quum aquae multitudine vis flammae opprimitur. — Te vero, quem praesentem intuemur, cujus

mentem sensusque eos cernimus, ut quidquid belli fortuna reliquum reipublicae fecerit, idque salvum velis, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua benevolentia complectemur? Cic. pro Marcello.

Nota. Hae particulae necessaria cogitatus conjungendi instrumenta, ab enuntiationibus sua mutuantur nomina, suntque vel causales, vel concessivae, vel comparativae, vel temporales, vel conditionales, vel disjunctivae, vel copulativae, vel relativae; prout sententiae, quibus praeponuntur, aliquid vel probant, vel concedunt, vel comparant, et sic porro.

Particulis, a quibus enuntiationes secundariae incipiunt, respondent aliae particulae in enuntiatione primaria, quas rite nosse in periodorum structura summi momenti est.

§. 16.

Ad periodum conformandam saltem duae requiruntur enuntiationes, quarum una est primaria (Hauptsatz); reliquae autem sunt secundariae (Nebensätze); z. B. »Sobald sich der Mensch über den ersten Zustand der Wildheit erhebt, indem er noch kein Gegenstand der politischen Geschichte ist; so gibt es auch ein schöneres Band, ein Band von der Natur selbst gewebt, das Völker an Völker knüpft.« (Heeren.)

Periodus fit, si ad enuntiationem primariam principales et necessariae determinationes (Bestimmungen) addantur, quibus illa confirmetur et illustretur, seu in suis relationibus (Beziehungen) repraesentetur.

Propositiones autem secundariae exprimunt vel:

1. Comparationem; oriuntur inde periodi comparativae, in quibus particulae relativae et conjunctivae adsunt; ut — ita; quemadmodum — sic, ita, pariter; gleichfalls; eben so — als; gleichwie — so; e. g. Quemadmodum fulmen altas quercus citius ferit, quam humiles frutices: ita viri amplissimi ruinae plurimum sunt obnoxii. Sic Cicero Manil. 5. Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere; sic vobis turpissimum sit, id, quod accepistis, tueri et conservare non posse. — Wie die Liebe zu den Eltern mit dem Kinde geboren und durch die Erziehung zum klaren Bewußtseyn gehoben wird; so ist auch der Glaube an Gott mit unserm Daseyn gegeben, und wird durch die Entwickelung und Bildung unserer sittlichen Natur belebt. (Jakobs.)

2. Conditionem; oriuntur inde periodi conditionales, quarum particulae conjunctivae esse possunt: si, quodsi — profecto vel sane; nisi, si unquam — certe; si quis — tum

profecto; wenn — so; wofern, wo nicht — sonst; im Falle daß, falls — so; e. g. Cic. Manil. 6. Itaque haec vobis provincia, Quirites, si et belli utilitatem et pacis dignitatem sustinere vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. — »Wenn in dichterischen Werken Verstand und Ohr zugleich befriedigt werden, wenn Reichthum an Gedanken, Wahrheit und Aehnlichkeit der Schilderungen mit dem vollkommensten und einem metrischen Ausdruck verbunden ist; dann sind sie ohne Zweifel die ersten von allen Erzeugnissen des Geistes, und am meisten fähig, einen allgemeinen und einen bleibenden Eindruck zu erwecken.« (Garve.)

3. Concessionem; oriuntur inde periodi concessivae (zugestehende Perioden, welche den scheinbaren Widerspruch zweier entgegengestellter Sätze aufheben); quarum particulae conjunctivae sunt: etsi, licet, tametsi, quamvis, quamquam — tamen, sed tamen, tamen illud magis, tamen nescio, an, haud tamen scio an &c.; obgleich, obschon, wenn auch; zwar — doch; ungeachtet; obwohl, wiewohl; e. g. Cic. eadem Manil. 9. Noster autem exercitus, etsi urbem ex Tigranis regno ceperat, et proeliis usus erat secundis; tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio suorum movebatur.

Ob es gleich Fälle gibt, wo das wahre Zeugniß uns schwer wird; so soll man doch nie ein falsches Zeugniß ablegen. Oder: Die Tugend besitzt viele Reitze, die sie liebenswürdig machen; und dennoch hat sie nur einen kleinen Anhang unter den Menschen. (Hic particulae conjunctivae subaudiuntur; Wiewohl — so.)

4. Causam; inde oriuntur periodi causales, quarum particulae sunt: quia, quum, quoniam — ideo, necesse est, oportet, decet, quis dubitat, quis est, qui &c. vel etiam: propterea — quod; denn, weil; da — so; daß; auf daß; damit; um; e. g. Socrates, quum esset de immortalitate animi persuasus; laeto animo cicutam hausit. Ita Cic. Rosc. Amer. 1. Credo ego vos, judices, mirari, quid sit, cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim &c.

Die Bescheidenheit, weil sie all' die Vorzüge, die man hat, erhöht, und uns darum Freunde und Gönner erzeugt; bringt im geselligen Leben ungemein große Vortheile.

5. Tempus; inde oriuntur periodi temporales; quarum particulae copulativae esse possunt; simul — ac, atque; cum vel quum — tum vel plane; postquam — tum; ut primum — confestim, statim; indem; indessen; oder während das; ehe, ehe noch; als; nachdem; kaum; sobald; seit; e. g. Carolus IV. postquam Universitatis Pragensis fundamenta posuisset: singularem suum in litteras amorem comprobavit. —

Et Cic. Verr. I. 10. Verres, simul ac tetigit provinciam, statim Messanam litteras dedit. — »Indem der Herbst und der Winter unsern Sinnen allmählig die Gegenstände der Ergetzungen des Sommers entziehen, nnd die Seele in den öden beschneiten Tagen eine Art der Erholung von ihren genossenen Vergnügungen schöpft; so bereitet sie sich zum Genusse des Frühlings, dessen Freuden ihr desto willkommener sind, je länger sie dieselben hat entbehren müssen.«

Nota. Si autem propositiones omnes ejusdem sunt ponderis; nulla est primaria et nulla secundaria; et tum conjunctio adest vel affirmativa vel negativa.

a) Si conjunctio est affirmativa; oriuntur inde periodi copulativae, quarum particulae conjunctivae sunt: non solum — sed etiam; non modo — sed quoque; et — et; ita — ut; cum — tum; tantum abest ut — ut &c; und; auch; sowohl — als auch; nicht allein, oder nicht nur — sondern auch; nicht weniger; wie auch; wie — so; theils — theils; e. g. Cum multa ad tuendos patriae limites providentissime constituta sunt: tum certe nihil providentius, quam quod locis opportunis munitissima erecta sunt contra hostes propugnacula. — Wer in den Verhältnissen, in welchen er steht, das ist, was er seyn soll; wer nicht bloß ausübt, was die Gesetze Gottes und der Vernunft ihm vorschreiben, sondern es auch mit der edeln Uneigennützigkeit, mit der reinen Achtung, und mit dem lebendigen Eifer thut, mit welchem Johannes handelte; der gibt ein gutes Beispiel, ein Beispiel, das auch bei der strengsten Prüfung die Probe hält. (Reinhard.)

(Hac periodo etiam concludimus a genere ad speciem, a toto ad partes, a majori ad minus; e. g. Tota historia est utilis; ergo etiam historia patriae.)

b) Si conjunctio est negativa i. e. si est disjunctio, oriuntur inde periodi disjunctivae, quarum particulae conjunctivae esse possunt: aut — aut; sive — sive vel — vel; jam — jam; modo — modo, entweder — oder; theils — theils; weder — noch; e. g. Sive blandientem votisque aspirantem omnibus sortem experiare, sive saevientem perpetuo et adversam fortunam feras; in utraque vitae conditione pari diligentia ac studio fidelis amici consuetudo conquirenda est. — Entweder sollen studierende Jünglinge den Forderungen der Schule gehörig entsprechen, oder dieselbe auf immer verlassen.

c) Particulae conjunctivae etiam esse possunt relativae, et quidem, vel 1. pronomina relativa, qui — is, ille; qualis — talis; quantus — tantus; vel 2. adverbia relativa, ubi — ibi; toties — quoties; quamdiu — tamdiu; vel 3. conjunctiones relativae, sic — ut, quo — eo &c.; oriuntur inde periodi relativae, e. g. Cic. Rosc. Amer. 4. Te quoque

magnopere, M. Fanni, quaeso, ut, qualem te jam ante populo romano praebuisti — talem te et nobis et populo romano hoc tempore impertias. Item: Tantus est splendor in laude vera, tanta in animi magnitudine atque consilii dignitas, ut haec a natura donata, caetera a fortuna commodata esse videantur. Cic. Wer in seinem Herzen den Wunsch nähret, die Dicht- und Redekunst zu erlernen; der muß dieses Werk mit Eifer antreten und betreiben.

Vel esse possunt 4. particulae adversativae (entgegenstellende); inde oriuntur periodi adversativae; cujus generis particulae sunt: aber; doch; jedoch; hingegen; sondern; allein, dennoch; anstatt; vielmehr, vielweniger; nur; aber. Quidem — autem; verum — si; hoc quidem — at vero; nihilo minus tamen; hoc est — sed illud non est &c. e. g. Datur concessu omnium huic aliquis lusus aetati. Cic. p. Coel. Inest quidem concessu omnium admirabilis quaedam divitiis delectatio, et ipsa nativa habendi cupiditas nullum non ad earum excitat desiderium: at vero, quodsi ita erumpat, ut moderationis limites transiliat, plurimis solet homines involvere miseriis. — Nur der Unverstand meistert, und steht erstaunt, wenn sich ihm hier und da die Nothwendigkeit von Uebeln verräth, die er mit besserer Kenntniß so leicht gehoben glaubte; die Klugheit aber mit tieferem Blicke in den Zusammenhang, sieht die Theile durch das Ganze gerechtfertiget, erkennt in den Unvollkommenheiten Quelle oder Bedingung höherer Vollkommenheit, und schweigt, wo sie nicht durchblickt, voll Ehrerbiethung, weil sie in dem dunklern verdecktern Theile des Plans eben dieselbe Weisheit muthmaßet, die ihr aus helleren und offneren entgegen leuchtet. (Engel.)

§. 17.

Periodi dividuntur in simplices et compositas.

Periodus simplex est, quae nullis membris constat, seu quae non est composita; cujus generis unica est, nempe periodus unimembris, in qua una tantum adest propositio principalis, dilatata vel per plures rei definitiones additas, vel partium enumerationem, vel synonyma, vel per auxesim, comparationem, et contraria, vel inserta propositione incidente aut quibusdam incisis; e. g.: Eloquentia, augusta illa artium regina et voluntatis humanae dominatrix, omni virium contentione est tractanda. So ist z. B. ein einfacher Satz: »Die Reize des Frühlings erfüllten uns mit einem unvergeßlichen Vergnügen.« Zum Perioden erweitert: »Das Grün, welches die Fluren bekleidete, und so mannigfaltig

wechselte, die junge Saat, welche auf den Aeckern hervorsproßte, die in Blüthe eingehüllten Fruchtbäume, das leise Gemurmel des nahen Silberbaches, an welchem die zärtliche Nachtigall lockte, die Milde der Luft, die aus den frischen Kräutern aufsteigenden Düfte, der westliche Himmel, der bei dem Untergang der Sonne von Purpur glühte, kurz, alles, was wir sahen und empfanden, erfüllte unsre Herzen mit einem Vergnügen, welches uns eben so unvergeßlich bleiben wird, als es unbeschreiblich war.«

Juvandi sunt in hoc exercitationis genere adolescentes trito illo versiculo: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. v. g. Franciscus sapientissime imperat:

Quis? Franciscus ut Romanorum olim imperator hujus nominis secundus, ita nunc Archiducatus Austriae primus, omnium linguis et sermonibus longe lateque celebratissimus, quid? populos supremae suae potestati subjectos, ubi? in omnibus provinciis ut numero plurimis, ita finibus quoque amplissimis, quibus auxiliis? tam suis quam praecipue virorum singulari quadam non minus atque omnigena eruditione clarissimorum consiliis et prudentia, cur? ut subditorum saluti ac prosperitati paterne consulat prospiciatque, quomodo? legibus a se sapientissime latis, quando? inter gravissimas temporum injurias ac tempestates, inter perversissimas hominum perperam sentientium opiniones et sententias regit et gubernat.

Nota. Enunciationes ejusmodi non omnibus semper, sed quibusdam tantum aptis circumstantiis amplificari possunt.

Periodus composita est, quae ex partibus duabus componitur, sunt itaque duae periodi periodice conjunctae. Prima periodus periodi compositae vocatur protasis vel antecedens, quae suspensam alteram desiderat; altera periodus periodi compositae apodosis vel consequens audit, pars priori respondens et suspensam orationem complens. (Post protasim, sive uno, sive pluribus membris constet, duo puncta ponenda sunt.)

Quoniam autem ad periodum conformandam duae saltem propositiones requiruntur; ideo ad periodum compositam saltem quatuor necessariae sunt; e. g. Prima periodus: Si, quantum regibus confidere solemus, tantum fiduciae in Deo collocaremus; 2da periodus: haud dubie, quo magis nos mala premerent, eo minus nobis desperandum putaremus. — Um die Blüthe abzubrechen, die die Kraft der Natur und der Hauch des Frühlings entfaltet hat, bedarf es nur eines Druckes der Hand; aber sie wieder herzustellen, wenn sie zerstört ist, und ihr Früchte zu entlocken, das vermag keine menschliche Kraft. (Jakobs.)

§. 18.

Dividuntur porro periodi pro numero singularum enunciationum, quibus constant; quaeque nominantur membra periodi (Glieder der Sätze), quae quidem sententiam e grammaticae legibus plenam efficiunt, sensum tamen ab aliquo, quod adhuc desideratur, pendentem relinguunt e. g. Cum ipsius victoriae conditione omnes victi occidissemus: (hic sensus adhuc dependet ab altero membro) clementiae tuae judicio conservati sumus.

Exinde itaque sunt periodi: bimembres, trimembres, quadrimembres. Periodus constans pluribus quam quatuor membris, irregularis est, et dicitur periodicon; quodsi uno spiritu pronuntiari potest, pneuma, si minus, tasis vocatur.

Longitudo periodorum talis esse debet, ut et salva toni unitate pronuntiari possit: Et quatuor igitur quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio.

§. 19.

De confecienda periodo composita.

Periodus bimembris ex unimembri vel ex thesi quacunque fit sequentibus modis:

a) Si singulae propositionis datae voces examinentur, videaturque, num earum aliqua resoluta aut circumscripta in novum membrum conformari possit.

b) Si propositioni datae addatur causa, conditio, contrarium vel aliud quidpiam ejusmodi, ut supra; et membra suis particulis connexa efferantur; e. g. Sit propositio: Nihil in vita amico utilius, erit dilatata voce utile: Nihil tam naturae aptum, tam conveniens ad vitae societatem atque consuetudinem, quam amici benevolentia (Imum. membr. s. Protas.): tum quisque sane illam rebus omnibus humanis anteponendam judicabit. (alterum membrum s. Apodos.) Vel addita alia causa: Quia amicus secundas res laetiores facit, adversas leviores; fiet haec periodus: Cum nihil est ad secundas res laetiores et adversas leviores faciendas tam potens quam amici benevolentia; tum quisque homo illam rebus omnibus humanis esse anteponendam facile judicabit.

Trimembris item periodus fit, si alterutrum membrum i. e. vel protasis vel apodosis; — et quadrimembris periodus, si utrumque in duo membra resolvatur, et haec membra ornamentis necessariis convestiantur; e. g. Si

mihi tecum non et multae et justae causae amicitiae privatim essent: repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris. Dilatata protasi erit: Si mihi tecum non et multae et justae causae amicitiae privatim essent, neque jam ab ineunte adolescentia complura inter nos mutua officia exstitissent: repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris. Vel dilitata apodosi: Si mihi tecum non et multae et justae causae amicitiae privatim essent: repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris, inter quos magna semper atque arcta imprimis familiaritas intercessit. Et periodus quadrimembris: Si mihi tecum non et multae et justae causae amicitiae privatim essent, neque jam ab ineunte adolescentia complura inter nos mutua officia exstitissent: repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris, propterea, quod inter eos etiam magna semper atque arcta imprimis familiaritas intercessit. Vel etiam ubi protasis unum, apodosis tria habet membra, quod tamen rarius fieri debet, quia laeditur numerus: „Si mihi tecum non et multae et justae causae amicitiae privatim essent: repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris, propterea, quod inter eos etiam tam magna semper atque arcta imprimis familiaritas intercessit, ut nullo unquam casu amicitiae illius conjunctio, sed sola morte fuerit violata.

Da dem Menschen ein edleres Ziel seines Daseyns gesetzt ist, als sich blos der zeitlichen Genüsse so viel möglich zu zueignen; indem er sich über seine thierische Natur zur sittlichen Würde erheben, und sich hiedurch selbst einen höhern Rang in der Reihe der Wesen anweisen soll: so steigt er selbst nach dem Maße im Werthe, als er seine Kräfte mit Selbstverläugnung und Opferung eigenen Vortheils zu bleibenden und in das Wohl der Menschheit eingreifenden Wirkungen verwendet.

Nota. Ut discipuli in periodis omnis generis componendis et concinnandis rite exerceantur; optimum hinc fecerint moderatores, quodsi discipulos jubeant ad imitationem periodorum Ciceronis, Mureti, Paulini aliorumque praestantiorum auctorum exercitationes suas elaborare.

§. 20.

Utilitas periodorum.

1. Utilitas periodorum consistit in eo, quod per illas suavitas styli augetur, quia variae ideae et plures propositiones quasi in unam colliguntur totumque constituunt.

2. Periodi attentionem auditoris excitant; quia sensus non est perfectus, nisi ultima pars accedat; et quoniam

το pulchrum in suavi conjunctione varii consistit, justa periodica oratio simul etiam pulchra est. *)

Discrimen adhuc tenendum est inter periodicum dicendi genus et dictionem per periodos. Periodicum dicendi genus omni sermoni latino proprium consistit in periodis simplicibus; dictio vero per periodos oratori propria, posita est in periodis praecipue compositis et amplioribus.

Periodis ubique uti non licet; ubi nimirum breviter, simpliciter, sine ornatu cogitata nostra aliis sunt communicanda, incisim vel membratim dicendum est. (Incisa Cicero vocat enunciationes nulla enunciatione interjecta dissectas; e. g. Et certe in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus juvant.)

§. 21.

VI. Numerosa dictione, durch das Gleichmaß der Rede.

Dictio numerosa est, cui inest numerus.

Numerus dictionis est mensura propositionum seu enunciationum, earumve membrorum, quae ad se invicem referuntur et unum totum constituunt, ad legem suavitatis formata.

Numeros vocabant veteres totius cujusdam aequales partes, quia partes numerantur, ut totum obtineatur; e. g. partes aequales versus i. e. pedes etiam vocabant numeros. Et cohortes vocabant numeros, quia sunt aequales partes legionum.

Numeri autem praecipue vel in specie vocantur aequales mensurae partium temporis, in arte musica dicuntur Tacte.

Dimensio (Messung) vel mensura (Maaß) propositionum determinatur: 1. Per initium vel finem propositionum ad se pertinentium. 2. In singulari propositione per pausas (Pausen), quas facere solet is, qui propositionem ore profert. Hae pausae definiunt membra enunciationis singularis quidem sed dilatatae; e. g. Er, der große stets siegreiche Feldherr — bedeckte sich mit den Lorbern des Ruhmes. — »Diese junge Pflanze, getränket mit dem Thaue des Himmels, wartete nicht lange, die herrlichsten Früchte zu tragen.«

---

*) Ueber die Wirkung der Periode siehe: Biblioth. der Humanitätswissenschaften, Philosoph. Abtheil. 5. Band S. 148.

Lex suavitatis petit:

A. Ut membra enunciationis singularis amplificatae fere aequalem habeant mensuram, quantum scilicet fieri potest, salva perspicuitate salvoque sensu; e. g. Sine labore ad doctrinam accedere non possumus; est singularis enunciatio membris non constans; sed

Sine laboris assiduitate —
ad doctrinae suavitatem —
accedere non possumus, est enunciatio numerosa, quia regulis suavitatis formata est. Item. Cicero et Virgilius gloriae palmam retulerunt: Cicero praestantissimus orator — et Virgilius celeberrimus poeta — gloriae palmam retulerunt.

Lex suavitatis petit

B. Ut propositiones ad se pertinentes unumque totum continentes fere aequales sint. Hujusmodi propositiones sunt in periodis; hinc

1. Numerus in periodis per incisa formatis petit, ut enunciatio dissecta aequalis fit insertae, vel major vel saltem non nimis brevis prae illa.

2. Numerus in periodis simplicibus per particulas formatis desiderat aequalitatem membrorum, i. e. periodi membra sint aequalia e. g. Si mathematica utilis est, quemque studiosorum litterarum eam sibi diligentissimo studio comparare oportet (protasis est nimis brevis). — Si scientia mathematica plurimam nec non maximam omnibus adfert utilitatem: quemque litterarum studiosum eamdem sibi diligentissimo non minus quam perpetuo studio comparare oportet.

3. Numerus in periodis compositis petit:

α) Tot membra in protasi, quot in apodosi.

β) Fere aequalem membrorum mensuram; e. g. Si, quantum regibus confidere solemus, tantum fiduciae in Deo collocaremus: haud dubie, quo magis nos mala premerent, eo minus nobis desperandum putaremus.

Nota. Ultimum periodorum longiorum vocabulum sit paululum longius cum vocali clariore a vel o; quia ad finem vox loquentis remittitur, exspectatio vero audientis summa est. Talia sunt: fateatur, comprobavit, prohibuerunt, dicendum putavi &c. *)

---

*) So wie der Satz, so soll auch die Satzverbindung ein organisches Ganzes seyn. Es müssen sich demnach in ihr verschiedenartige, einander= bei= und untergeordnete Theile zur Beför=

Suavitas denique obtinetur:

VII. Tropice dicendo.

Doctrina de Tropis seu Tropologia.

§. 22.

Tropice dicere vel dictio tropica est, quae utitur tropis.

Tropus, si vim nominis spectemus, vox est graeca a verbo τρεπω verto; inde τροπος inversio, permutatio. Est autem tropus notio seu repraesentatio (Vorstellung), quae loco alius notionis ponitur, ita tamen, ut utraque simul necessario cogitetur. — Vel juxta Quintilianum: Tropus est translatio vocis a proprio significatu ad alium instituta cum virtute (mit ästhetischer Kraft).

Ad tropum itaque requiruntur duae notiones: 1. Notio primaria vel propria 2. Notio, quae pro notione

---

derung eines Zweckes vereinigen. Die Periode muß sich jedesmal auf einen Hauptgedanken zurückführen lassen, der gleichsam das Thema ist, das sie weiter ausführt. In jedem Falle muß aber der Schreibende dahin sehen, daß seine Periode bei mäßiger Länge Einheit, Einfachheit, Rundung und Numerus besitze. Unter Einheit verstehen wir, daß ein genaues Verhältniß zwischen den einzelnen Theilen zu erblicken, folglich ein Hauptgedanke wahrzunehmen sei, an dem sich alle andern in gehöriger Abstufung anschließen. Jeder Theil wird dann als zum Ganzen nothwendig erscheinen, und überall inniger Zusammenhang fühlbar seyn. Eine Periode, der diese Eigenschaft fehlt, ist einem Gebäude zu vergleichen, das nach keinem anfänglichen Plane angelegt worden, sondern durch zufällige, allmählige Anbaue entstanden ist. Findet der Vernehmende diese Einheit bald und leicht, gewinnt er schnell einen Ueberblick über das Ganze, und scheint Alles sich wie von selbst an einander zu fügen; so hat die Satzverbindung Einfachheit und folglich Klarheit, Natürlichkeit; im entgegengesetzten Fall nennt man sie verwickelt, unklar, gekünstelt. Findet sich ferner in Ansehung des Aeußern ein gewisses Ebenmaß, vermöge dessen z. B. kein einzelner Theil zu sehr hervorragt, keine auffallende Lücke bemerklich ist 2c.; so sagt man, die Periode besitze die gehörige Rundung. Sind endlich selbst die einzelnen Worte so gewählt worden, daß beim mündlichen Vortrage das Ganze einen angenehmen Eindruck auf das Ohr macht, daß ein allmähliges Heben und Senken der Sinne anzubringen ist, eine Art von Tact überall fühlbar wird; so schreibt man der Periode Numerus oder Rhythmus zu.

Bayerische Staatsbibliothek München

primaria ponitur, seu quae priori substituitur, et haec nominatur tropica; Tentoria explicare, radix arborum, digiti gelu torpent, coelum serenum, ostium obserare funibus, proprie dictum est; sed: auctorem explicare, radix arborum, robur militum vel ingenium torpet, animus serenus, aures precibus obserare, improprium est. So auch: Dem redlichen Manne bleibt auch im Unglück noch ein Trost; und: Dem Redlichen leuchtet auch in der Finsterniß ein Licht. — Des Lebens May blüht einmal und nicht wieder. Schiller. pro: des Lebens Jugend. Oder wenn ich in einer Klopstockischen Ode lese: »Fang den lyrischen Flug stolz mit dem Namen an.«

Quando substituta notio per usum frequentem tam pervulgatissima evaserat, ut notio primaria (Urbedeutung) negligatur i. e. non amplius cogitetur, tropus esse desinit; e. g. concipere, percipere begreifen, verstehen, Radelsführer.

§. 23.

Tropi orti sunt 1) E necessitate, quia tot novis rebus exprimendis propria verba deerant. Maxime hoc obtinuit in rebus abstractis et animi motibus; volvere mente, comprehendere, sinus maris, ora fluminis; sanftes Herz, klarer Begriff. 2) Claritatis et amoenitatis causa orationi conciliandae, comparando res novas cum aliis jam perspectis; amoenitatem enim quaelibet comparatio adfert; e. g. Fulmen orationis, curarum fluctibus submergi, negotiorum mole supprimi; im Schooße der Freuden. Propriam autem originem troporum debemus vi et efficaciae, quam facultas imaginandi et affectus in homines eorumque sermonem exerunt. Sunt enim aptissima media ad exprimendas nostras sensationes et cogitatus.

Troporum utilitas est:

a) Brevitati plurimum favent e. g. Regnante Augusto Roma sceleribus fuit immersa; optimum viaticum, quod naufragio enatantem sequitur. Non semper tendit arcum Apollo. Der Apfel fällt nicht weit vom Stamme.

b) Non minus suavitatis adferunt orationi; e. g. Tönender Wald, statt, Gesang der Vögel im Walde; Sturm der Leidenschaften; das Lächeln des Glückes.

c) Dignitatem conciliant orationi, recedendo a quotidiano eoque vili loquendi usu e. g. Im Glanze des Glückes streut uns alles Weihrauch. —

Regulae in usu troporum tenendae sunt:

1. Ne abhorreant a recepto loquendi usu; permutantur enim in tropis ideae cognatae; haec vero idearum cognatio casu non raro fortuito aut contingentibus relationibus innititur; quare cuilibet linguae proprii sunt tropi, quos in aliam non licet transferre e. g. stylum vertere, sagum sumere; mir bricht das Herz.

2. Innitantur vera idearum cognatione, sintque plani et perspicui, ut delectent simul et doceant; haec ipsa idearum similitudo ne sit injuste accersita i. e. ne nimis longe desumatur; e. g. Die Welt ist für die Ewigkeit geschaffen, statt Menschen; die gläserne Decke des Flusses statt Eis. Fehlerhaft ist daher die Stelle: Versenke mich bis an die Lippen in Armuth. Habenda hic quoque ratio ingenii eorum, quibus scribimus aut loquimur; e. g. Ein Ulysses unserer Zeit, statt, verschlagener Kopf. Luftkrystall, st. reine Luft. Tuiskons Enkel, st. Deutsche; haec solum eruditis clara sunt, rudioribus obscura.

3. Ne sint humiles a rebus sordidis et abjectis petiti; e. g. Mit gierigem Heißhunger ein Buch verzehren; diese Schrift ist eine Mistgrube des Lasters; persecuisti reipublicae vomicas, pro sustulisti sceleratos.

4. Ne sint in oratione nimii, i. e. ne cumulentur immoderate, quia satietatem pariunt et attentionem defatigant; omne nimium vertitur in vitium. So schrieb Tamerlan an Bajazet: Das Schiff deines Ehrgeizes scheitert im Schlunde der Eigenliebe; zieh die Segel der Verwegenheit ein, und wirf den Anker der Reue in den Hafen der Aufrichtigkeit, der der Hafen der Sicherheit ist, damit dich nicht der Sturm der Rache in den See der Strafe, die du verdienst, vernichte.

Minime frequens troporum usus probatur in orationibus ad persuasionem destinatis.

Verum autem non omnes notiones pro libitu seu arbitrarie pro aliis ponere licet; sed illas solum, quae simul cogitari solent, seu quarum una alteram solet excitare; hujusmodi notiones sunt:

1. Inter quas intercedit similitudo; inde oritur Metaphora; 2. quarum una est pars alterius vel totum alterius; Synecdoche; 3. quae denotant res, quae aut tempore, aut loco, aut consuetudine conjunctae esse solent; Metonymia.

§. 24.

De Metaphora.

Metaphora a μετα et φερω est tropus, qui notionem aliquam loco alius notionis ponit propterea, quoniam inter utramque similitudo intercedit; est ergo translatio vocis propter aliquam similitudinem e. g. fortuna vitrea et fragilis; intemperantia est mater morborum. Inter matrem et causam est similitudo; mater quidem est persona, intemperantia non est persona. Amore flagrare, loco amor vehemens est. Sapere est fons bene dicendi; inter principium et fontem similitudo est, ex utroque provenit aliquid. Leo in pugna statt heros. Das Licht der Wahrheit; er welkt dahin ꝛc. Subintelliguntur hic particulae quasi, velut, ceu, ut ita dicam, so zu sagen: Er ist die Seele der Gesellschaft. Fit autem haec translatio:

α) A re animata ad animatam e. g. Cato solitus est Scipionem allatrare, (mit rauhen Worten anfahren); er schnaubt vor Wuth; ich fliege mit den Fittigen der Sehnsucht zu dir. β) a re inanimata ad inanimatam; e. g. Classi immittere habenas; vela orationis contrahere. γ) a re animata ad inanimatam e. g. der mürrische Winter, die lechzende Erde, δ) a re inanimata ad animatam e. g. Scipiones duo fulmina belli; sie ist die Krone der Frauen, die Stütze der Armen; die Säule des Staates u. s.

Elegantissimae sunt Metaphorae, quae rebus sensu carentibus actum quemdam et animos tribuunt. Sic Virgilius Araxi fluvio indignationem impertit: pontem indignatus Araxes; Unwillig trug der Araxes die Brücke. Vel si sunt acutae et plures alias involvunt notiones e. g. Luna nobis est America remota. Der Mond ist ein entferntes Amerika, d. h. Was Amerika für uns gewesen ist, das ist der Mond für uns. —

Utilitas metaphorarum est: 1) Vividas magis clarioresque reddunt rerum ideas; nam ideae abstractae et generales clariores fiunt per ideas concretas e. g. Frühling des Lebens statt Jugend; der Abend seiner Tage, von einem Greise; lachende Wiese, nagender Wurm des Gewissens. 2) Augent idearum vim et gravitatem, extollunt eamdem, petitae a rebus sublimioribus, aut deprimunt eamdem ab humilioribus similitudine desumta; e. g. Ossian nennt seinen Helden: Im Frieden bist du der Hauch des Frühlings, im Kriege der Sturm in den Gebirgen. Item Malvina beim Ossian: »Meine Seufzer erheben sich mit dem Strahle in Osten, meine Thränen fallen mit dem Thaue der Nacht ꝛc.

§. 25.

Regulae in usu metaphorarum tenendae.

1. Ut imago, qua idea propria obtegitur, a rebus notis deducatur i. e. ut similitudo sit nota et vera; e. g. rosae genarum; Flug der Phantasie, Fesseln der Tiranney.

Nota. Licet vera intercedere debeat similitudo imaginem inter et rem ipsam, magnum tamen nonnunquam metaphorae accedit ornamentum, haec similitudo si non statim plana et obvia est, tum enim novi speciem acquirit, magisque afficit animum; e. g. Wie von unsichtbaren Geistern gepeitscht gehen die Sonnenpferde der Zeit mit unsers Schicksals leichten Wagen durch, und uns bleibt nichts, als muthig gefaßt die Zügel fest zu halten, bald rechts bald links; vom Steine hier, vom Sturze da, die Räder wegzulenken, wohin es gehe, wer weiß es.

2. Ipsi imagini insit aliqua dignitas, adeoque deducatur a rebus gravioribus, nunquam a sordidis et abjectis; i. e. similitudo sit honesta v. g. minus honeste: Persecuisti reipublicae vomicas; Verse speyen; Jean Paul: Das Faß deiner Brust versäuert. So tadelt Cicero einen Röm. Redner, welcher seine Gegner stercus curiae nannte.

3. In similitudine semel cepta pergendum est in eodem contextu. Si diversissimae metaphorae de uno eodemque subjecto coacervantur, dictio est vitiosa. Neque ab uno translationis genere in eadem metaphora in aliud transilire licet e. g. Vestigia pro exemplis, vestigia sequi, non imitari. Das Feuer deiner Rede entzündet mich, non spornt. — Es ist ein Brunnen, wenn dich dürstet, ein Stab, wenn du sinkest, ein Schirm, wenn dich die Sonne sticht, und ein Kissen im Tode. Item: England ist ein kostbares Juvel ins Meer gefaßt, das andern Ländern zur Schutzwehr dient.

4. Denique ne sint nimium frequentes vel longae, taedio enim tunc et satietate complent; ut supra: Tamerlan an Bajazet. Quintilianus de usu metaphorae in genere ait: (inst. or. VIII.) „Metaphora aut vacantem occupare locum debet, aut, si in alienum venit, plus valere eo, quod expellit.“

Nota. Saepe plures notiones propter similitudinem locum aliarum capiunt; oritur inde Metaphora majoris ordinis e. g. pro: Reges summo periculo sunt obnoxii, ait Seneca: Reges fragili loco stant.

Si autem totae propositiones loco aliarum similium ponuntur, ita tamen, ut ambae simul necessario cogitentur, oritur inde Allegoria; quae est metaphora continuata, a

graeca voce αλλος et αγορεω, qua res cum simili imagine permutatur, quin res significata nominetur; e. g. Rubiconem transgressus est pro: rem periculosam suscepit. Sic Cic. Sedebamus in puppi et clavum tenebamus, nunc autem vix est in sentina locus. So ist es z. B. eine Metapher: Die Dichtkunst war zu Rom eine ausländische Blume. Herder aber macht daraus folgende Allegorie: »Die Römische Dichtkunst ward aus Griechischem Samen in den Garten eines Kaisers verpflanzt, wo sie als schöne Blume da stand und blühte.«

Illustris est illa Allegoria, qua Horatius rempublicam nova bella molientem, sub navis nomine, cui desunt omnia ad felicem navigationem, compellat, et ab hujusmodi consilio deterret. L. I. Od. 14.

O navis, referent in mare te novi
Fluctus? O quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus,
Et malus celeri saucius Africo,
Antennaeque gemant, ac sine funibus
    Vix durare carinae
    Possint imperiosius
Aequor? Non tibi sunt integra lintea &c.

»Neue Wellen, o Schiff sollen aufs tobende
Meer dich bringen? Erschrick, eile zum ruhigen
    Hafen! — Siehe nur, sind nicht
    Beyde Seiten von Rudern leer?
Segelstangen und Mast, seufzen sie nicht, von Süd
Schwer verwundet? Vermag irgend ein Kiel der Wuth
    Allgebiethender Wogen
    Ohne Taue zu widersteh'n?
Jedes Segel erlitt harte Beschädigung. ꝛc.«

§. 26.

Ad Allegorias etiam pertinent fabulae et parabolae, quibus veritas proponitur in eventibus fictis, e vita humana aut ab animalibus, aut denique inanimatis rebus desumtis; e. g.

Die wahre Weisheit unter dem Bilde einer Quelle:

Wohl dem, der an der Quell' im Schatten ruh't!
Der Schatten ist kein Traum, die Quelle nicht,
Sie floß zu allen Zeiten überall;
Hier trüber, heller dort, hier schmal, dort breit,
Genährt vom Himmel, und aus tiefem Schooß
Der heimlichen, allnährenden Natur;

Und wo sie fließt, da labet sie und stärkt
Den Trinkenden mit immer neuer Kraft.
Doch immer fanden sie nur wenige;
Denn eitel gräbt der Vorwitz, und wo der
Den Spaten einsenkt, grüb er noch so tief,
Entquillt dem Boden nie die helle Fluth.
Doch schrie er jubelnd, wenn er feuchten Schlamm,
In welchem nie des Himmels Bild sich zeigt,
Aufgräbt, urd ruft die Irrenden herbei,
Die oft aus Trägheit, oft aus Unverstand,
Aus seiner Quelle schöpfen, und den Quell
Bald für ein Mährchen halten, jenem gleich,
Der im Elysium die Schatten tränkt.

Graf von Stollberg.

Magna est Allegoriarum utilitas. Praeterquam, quod cum metaphoris ideas clariores reddunt, et quasi ob oculos ponunt, amoenius afficiunt animum; quoniam res depicta non exhibetur, adeoque in illa investiganda vim suam exercere potest anima nostra. Plurimum valent in affectibus.

§. 27.

Ad genus metaphorae referuntur etiam: Catachresis, Hyperbole et Ironia.

Catachresis est metaphora, quae nascitur e similitudine longius remota; e. g. Es hagelten Schläge auf ihn herab. Er trank die Lehren der Weisen begierig. Confligunt Zephyrusque Notusque et laetus Eurus equis. Aeneid. II. 47.

Hyperbole, vox graeca a ὑπερβάλλω, est tropus, quo res ultra verum augetur, fines tamen verosimilitudinis non extravagetur; e. g. Cicero de Caesaris victoriis: Nec vero disjunctissimas terras citius cujusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis, non dicam cursibus, sed victoriis illustratae sunt. Item:

Illa vel intactae segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas. Virg.
Aeneid. VII. 808 de levi cursu Camillae.

Sic Kleist:

Sieh Feinde, deren Last die Hügel fast versinken;
Den Erdkreis beben macht,
Ziehn gegen dich, und drohn mit Qual und ew'ger Macht;
Das Wasser fehlt, wo ihre Rosse trinken.

Sein Landgut ist nicht größer als ein lakonischer Brief. Longin.

Pro tumulo ponas orbem, pro tegmine coelum,
Sidera pro facibus, pro lacrymis maria.

Nonnunquam autem res ultra modum deprimitur, i. e. rem minuere videtur, quum eamdem vere auget; hic tropus dicitur litotes; e. g. Er ist nicht mein bester Freund; statt, er hasset mich.

Est, qui nec veteris pocula massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit. Horat. Lib. I. Od. 1.

Locum habet, quotiescunque rem propriis verbis exprimere pudet, aut non libet. Sic Klopstock non dignum videbatur canere, servatorem a servo alapa fuisse percussum, sed rem ita proponit:

Da that ein Knecht mit knechtischer Seele
Eine That, die niedrig genug war, Unmenschlichkeiten
Anzukündigen. Mess. IV. Ges.

Ironia, a graeco ειρωνεια simulatio, est tropus, qui oritur ex translatione vocum, a proprio significatu ad contrarium; aliud nempe aperte dicitur, et contrarium innui debet; ut si quis diceret: O pium et mitem ac gratum animum! de eo, qui hominem in se beneficum contumeliis adfecisset. Ita Cic. in Verrem: Quid ais o bone custos, defensorque provinciae? — Item in eumdem: O praeclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquilio, fortissimo viro, sed vero cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum. Frequens est Cicero in ironia, praesertim si jocari in aliquem mordacius voluerit.

So auch bey Gellert:

Beate! laß die Läst'rer schmähen,
Und laß sie aus Verläumdung sprechen,
Du wollst die Andacht nur bestechen,
Daß für den Wucher, den du treibst,
Du einstens ungestrafet bleibst.
Laß dich von andern spöttisch richten,
Als pflegtest du der Welt gern Laster anzudichten;
Als wäre dieß für dich die liebste Neuigkeit,
Wenn andern Noth und Unglück dräut;
Als hättest du nichts, als den Tugendschein;
Schweigt Spötter, schweigt, das kann nicht seyn!
Denn betend steht sie auf, und singend schläft sie ein.

Ironia aut aperta est, aut tecta. Tecta nititur ambiguitate.

Sic in Neronem matricidam:

Quis neget Aeneae magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Et Martial. in Paullum:

Carmina Paullus emit, recitat sua carmina Paullus,
Nam quod emis, possis dicere jure tuum? —

Ironia triplici modo cognoscitur: a) ipsa pronunciatione; cum voce, vultu aut gestu contrarium, quod verbis continetur, significamus; b) persona; cum persona satis declarat, non nisi contraria eorum, quae dicuntur, congruere posse; ut si rustico importuno dicas: En scitum hominem et urbanum; c) natura; si ea proferuntur, quae repugnant naturae rei, de qua dicuntur. Cicero sic de Clodio: Quid hoc homine sanctius, quid diligentius! Integritas tua te purgavit, pudor eripuit, vita anteacta servavit.

Aperta ironia dicitur, quae illusionem per certas particulas retegit, mentemque loquentis declarat; scilicet, nimirum, nempe, si superis placet, ut ajunt; e. g.

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat. — — —

Sarcasmus est irrisio aperta et amara, nulla verborum significatione in contrarium mutata. Talis est Pyrrhi, cum Priamum sibi exprobrantem interficeret: Aen. Lib. II.

Referes ergo haec, et nuncius ibis
Pellidae genitori; illi mea tristia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. — —

Et istud Alexandri, Clitum interficientis: I nunc ad Philippum et Parmenionem! — Geh, mit dem Blute des Sterbenden bespritzt, geh nun hin zu Philipp, Parmenio und Attalus (den Todten)!

§. 28.

De Metonymia.

Metonymia, a μετα et ονομα transnominatio, est tropus, qui commutat notiones, quae significant res, quae aut tempore, aut loco, aut consuetudine conjunctae esse solent, nimirum ob conjunctionem externam, quae inter eos intercedit, ita ut altera sine altera cogitari non possit. Fit sequentibus modis:

I. Metonymia, commutans res tempore conjunctas. Notiones tempore conjunctae sunt:

a) Tempus, et ii, qui in tempore sunt vel vivunt; et tempus pro iis, qui sunt in tempore; e. g. Seculum felix, das aufgeklärte Jahrhundert, das rohe Mittelalter; der verlorne Tag, das heroische Zeitalter.

b) Antecedens et consequens; e. g. Valedicere pro abire, est antecedens pro consequente; sepultus est pro mortuus est, consequens pro antecedente.

c) Circumstantiae, pro re, quam circumstant; e. g. in proelio cecidit, pro interfectus est; er blieb im Treffen. Ich liebe seine Fersen; d. h. ich habe es gern, wenn er weggeht.

d) Causa et effectus; e. g. Legi Homerum p. scripta ejus. Canova's Meißel wird unsterblich seyn (seine Werke). Si causa est persona, dicitur auctor; hinc auctor, pro re effecta. Linqua p. sermone. Bachus p. vino; Musae p. scientiis; Mars p. bello; e. g. Vario Marte pugnare, p. vario belli eventu. — Vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. — Pollio amat nostram, quamvis sit rustica Musam. Virg. Ecl. 3. Tentare Thetin ratibus. Ecl. 4.

Aratra jugo referunt
Suspensa juvenci.
Hirundo redit
Nulla iam arboribus folia.

Eodem modo effectus pro causa ponitur; e. g. in umbra sedere, p. in loco, quo umbra est. Pallor p. timore. Tristis senectus. Schattenpflanzen p. Bäume; das fröhliche Thal, st. das Thal, in dem man fröhlich lebt. Die Unschuld erhält ihren Lohn. — Der Friede wohnt in jenen Hütten.

II. Metonymia mutans notiones loco cohaerentes:

a) Ponitur locus pro iis, qui in loco sunt; e. g. Roma victrix, pro Romani victores. Urbs bene morata. Hilf Himmel, statt hilf Gott. Die Logen und das Parterre klatschten Beifall zu. Diese Schüssel macht mich lüstern. Mundus pro hominibus. Er geht in die Welt. Die Stadt empfing den König prächtig (die Einwohner).

b) Ii, qui in loco sunt, ponuntur pro loco; e. g. ich war bey dir, st. in deinem Hause. Auf Leichen daherfahren, statt: auf dem mit Leichen bedeckten Schlachtfelde.

III. Metonymia, quae commutat notiones, consuetudine conjunctas. Hinc commutantur:

a) Praeses, et res cui praesidet; e. g. Hannibal ad portas, (fuit quondam proverbium horribile) pro Hannibalis exercitus. Anglia bellum intulit Galliae, pro Angli intulerunt bellum.

b) Possessor, et res possessa; e. g. Ucalegon jam proximus ardet, p. domo sua. Er ist abgebrannt, statt sein Haus. Amici eum devoraverunt, p. ejus divitias. Quid agit Comum tuum? Plin. Wie gehts deinem Comum, statt

auf deiner Villa. — Jean Paul sagt: Ich ergrimme, wenn ich Talente vor Reichthümern kriechen sehe.

c) Signum et res significata; e. g. Vir omnibus belli ac togae artibus praeclarus. Fasces pro imperio. Fasces molestiam habent, p. imperium molestum est. Non illum populi fasces, non purpura regum flexit. Georg. 2. Ich zog den Oehlzweig dem Lorber vor, statt den Frieden dem Siege. — Cedant arma togae, concedat laurea linquae. Auch: die dreyfarbige Flagge unterlag, statt: die französische Flotte wurde geschlagen.

§. 29.

De Synecdoche.

Synecdoche, ex συν et δεχομαι simul una (ex re) accipere, est tropus, qui commutat notiones, quarum una est totum alterius; permutatio haec notionum fit ob connexionem aliquam internam. Hinc ponitur:

1. Totum pro parte; e. g. Pater sepultus est, p. ejus corpus. Ita Cic. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas consulem designavit; pro: aliqui. Item Virg. Fontem ignemque ferebat, pro: ferebat aquam fontanam et lampadem vel lucernam. — Hier ruhet der Weltbezwinger; alle Welt weiß es; die ganze Erde trauert.

2. Pars pro toto; e. g. Quot capita, tot sententiae; vel tectum subire, pro: domum intrare; ein witziger, denkender Kopf; statt Mensch; mit frecher Stirne, st. Angesicht.

3. Ad totum refertur etiam genus; quod itaque dicitur totum genericum. Generis partes iterum sunt species, et quum species utpote totum consideratur, speciei partes sunt individua.

Ad determinanda genera et species praemittantur sequentia, est necesse:

Omnes repraesentationes s. notae, quibus conceptus quidam constat, i. e. quae conceptum efficiunt, intensio hujus conceptus (dessen Inhalt), vel etiam complexus vocatur. e. g. Animal rationale, est intensio seu intensiva quantitas, conceptus hominis. Eloquentia est facultas, res cogitatas bene dicendi; est intensio eloquentiae.

Omnes repraesentationes, quarum praedicatum conceptus quidam per copulam est vel sunt esse potest, extensio hujus conceptus dicuntur, vel ambitus, sphaera (Umfang); e. g. studiosi litterarum sunt homines; artifices sunt homines; Arnoldus est homo &c.

Itaque ambitum seu sphaeram i. e. extensionem conceptus constituunt repraesentationes, quas conceptus sub se; — complexum seu intensionem conceptus constituunt repraesentationes, quas conceptus in se continet; e. g. Arbor, Baum. Notae internae sunt: truncus, rami, folia, flos, fructus; hae notae efficiunt intensionem arboris, quia arbor in se has repraesentationes continet. — Si vero dicitur: Die Eiche ist ein Baum, die Tanne ist ein Baum, der Kirschbaum ist ein Baum, est ejus extensio, quia arbor sub se continet pinum, tiliam, cerasum, malum &c.

Nota. Extensio et intensio conceptus sunt sibi in ratione inversa seu indirecta, i. e. quo major est extensio, eo minor est intensio, et vice versa; quo minor extensio, eo major intensio, h. e. quo plures repraesentationes sub conceptu continentur, tanto major est ejus extensio, et quo plures repraesentationes in se continet, tanto majorem habet intensionem. Sic conceptus homo majorem extensionem, sed minorem intensionem habet, quam conceptus princeps; et conceptus arbor minorem habet intensionem, conceptu tilia, Linde.

§. 30.

Singulae repraesentationes, quarum praedicatum conceptus esse potest per copulam est vel sunt, nisi sint individua, dicuntur Species (Art) et conceptus ipse tunc dicitur genus (Gattung); e. g. Arbor, est genus; sed quercus, pinus, tilia, sunt species. — Lapis est genus, adamas est species. Metall genus; Eisen, Kupfer, Silber, Gold sunt species. Vel: Cajus, Antonius, Ferdinandus, sunt homines; sunt individua et non species; sed Borussi, Russi, docti, Tyrolenses sunt homines, sunt species, quia non sunt individua.

Jam vero, cum conceptus ille, qui majorem extensionem seu sphaeram habet, adeoque sphaeram alterius includit, conceptus superior vel latior, etiam universalis dicatur; conceptus vero, qui minorem sphaeram in superioris sphaera contentam habet, inferior vel angustior, etiam particularis vocetur; hinc quoque conceptus superior genus, inferior species seu individuum dicendus est. Quare conceptus superior sine exceptione de inferiori praedicari potest, sed non vice versa; e. g. quaevis aquila est avis, sed non quaevis avis aquila. Item: homo, equus, lupus, canis, avis, plures hae species inter se comparatae, diversas species exhibent; sed simul sumtae genus constituunt; animal enim constituit notionem generis. Hinc dantur

genera altiora et inferiora, utpote vel majoris vel minoris extensionis sunt; e. g. Avis, Vogel, est altius genus, et aves domesticae Hausgeflügel inferius; item: animal, Thier, altius, avis inferius genus est. (Der Begriff Hausgeflügel hat mehr Intension, als der Begriff Vogel.) — Adler und Vogel. Beim Adler ist größere Intension, und beim Vogel größere Extension, weil im Vogel mehr Prädikate sind, als im Adler.

Nota. Genus summum dicitur, quod sub nullo alio continetur, infimum vero, quod nullum aliud genus, sed mera individua sub se continet; cumque hoc ipsum species dicatur, genus infimum est, quod nulla alia genera, sed solas species sub se continet. Datur vero genus, quod species esse non potest, sed non datur species, quae rursus genus esse non posset.

§. 31.

Tria sunt itaque genera Synecdochis.

I. Ponitur genus pro specie, vel species pro genere; e. g. Mortales pro hominibus. Die Heerde sucht den Schatten, statt die Schafe. Punica vel graeca fides, pro levis; romano more loqui, pro aperte loqui. Türkisch mit Jemanden verfahren, statt tyrannisch. Gönnet dem Städter seine Bälle (Lustbarkeiten). Vinum massicum, pro quovis exquisito.

II. Species pro individuo, vel individuum pro specie vel genere; hujusmodi Synecdoche dicitur Antonomasia (Namensvertrettung); e. g. Urbs pro Roma; poëta pro Homero; Homerus pro eximio poëta epico. Orator pro Cicerone. Sic vafros Ulysses, Catones severos, litterarum patronos Maecenates et Augustos appellamus. Den Philosophen Jakobi nennt man den deutschen Plato; Klopstock den deutschen Pindar; Kotzebue den deutschen Voltaire. Tempe, Elysium, für eine reitzende Gegend.

Huc referuntur etiam haec:

α) Numerus singularis pro plurali, i. e. unius appellatione plures intelliguntur, e. g. miles pro patria pugnat, pro milites; miles utpote individuum tractatur; item: Romanus proelio victor.

β) Numerus certus pro indefinito; e. g. mille, pro plurimis, et sexcenta alia, pro et plura alia. Tausend Zungen verkündigen sein Lob. — Dreymal versuchte ich es, dreymal fuhr ich zurück.

III. Ponitur materia pro re inde effecta. Materia enim utpote genus, et forma utpote species potest considerari. e. g. Aurum et argentum genus; inde species: nummi aurei

et argentei; sic ferrum, pro sica vel gladio; quercus, pro, quod ex ligno hujus arboris fabricatum est; vel: Dieses Knochengerippe, statt magerer Mann.

§. 32.

Quomodo tropi suavitatem orationis adjuvant?

Omnes tropi praeter notionem tropicam, seu impropriam vel substitutam (quae verbis profertur), exhibent etiam notionem propriam (quae quidem non exprimitur, attamen cogitatur); proinde uno verbo plures notiones tropi excitant; hinc cogitatum, vel quodammodo vitam animi augent.

Caeteris autem praestat Metaphora, quia tres semper notiones exbibet; nititur enim comparatione et similitudine, (dicit enim Quintilianus: metaphora est tropus tum frequentissimus tum longe pulcherrimus.) Comparare autem est, in rebus invenire communia seu eadem; in rebus autem invenire, quae non sunt eadem sed diversa, est res discernere.

In omni comparatione tria occurrnnt; 1) Res, quae comparatur, i. e. res comparata; 2) res, quacum prima confertur, i. e. imago das Bild; 3) res, in qua res comparata et imago conveniunt, id est tertium comparationis.

N o t a. Comparatio, quae imaginem pluribus verbis depingit, rem autem comparatam breviter solum exponit, dicitur similitudo, (Gleichniß) e. g. Discite, eunt anni more fluentis amnis. O v i d.

Item: Lenta salix quantum pallenti cedit olivae,
Puniceis humilis, quantum saliunca rosetis,
Judicio nostro tantum tibi cedit Amyntas. Virg. Ecl. III.

Vel: Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae. Idem.

S e c t i o III. D e s t y l i g r a v i t a t e.

Von der Kraft oder Nachdruck des Styls.

§. 33.

Gravis vocatur stylus, qui res ita tractat, ut auditor vel lector ad illas vel adpetendas vel aversandas moveatur seu impellatur; hoc est, ut perspicuitas ad facultatem adpetendi seu ad voluntatem et mentem movendam apte

dirigatur, animique motus excitentur. Perspicuitas sola ad mentem, gravitas ad mentem et animum pertinet.

Ut stylus reddatur gravis, ante omnia necessarium est, ut orator omnes rei aversandae partes, turpes et foedas; rei autem adpetendae partes omnes honestas et gratas exponat. Hae partes possunt esse: Causae, effectus, circumstantiae, conditiones, proprietates rei, quorum omnia in rem apta eligat orator vivideque exponat. Haec gravitas, quia inest formae internae, dicitur objectiva seu realis e. g. sententiam: Parrida est sceleratissimus Cicero sic graviter protulit: Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie, qui tantum imanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem adspexerit, eosdem indignissime luce privarit. Es ist für wahr ein abscheuliches Scheusal &c. —

Gravitas, quae inest formae externae, dicitur verbalis seu formalis, quae obtinetur:

I. Adhibendo superlativos, et generatim adhibendo vocabula fortiora i. e. quae rem maxime vel vehementer exprimunt; e. g. inconsuetum dedecus, fortius dictum, insolita turpitudo; fortissime, portentum atque monstrum certissimum est; item: facinus, scelus.

Er schrie sehr, fortius: er brüllte; schöne Felder und Wiesen, fortius: Reitzende Fluren, entzückende Gefilde; Er freute sich, fortius: Er frohlockte, er jubelte, er ward entzückt, er schwamm in Wonne.

Vocabula, quae, quum fortiora expectantur, rem minus exprimunt, vocantur languida (schlaffe, matte); e. g. Praeter omnes scientias Mathesis studii amorem incendit, quia est utilis; hic expectabatur fortius aliquod vocabulum; utiles enim sunt omnes scientiae; ergo utilis est vocabulum languidum, fortius est: quia omnium firmissimas veritates (die gründlichsten Wahrheiten) investigat et detegit.

II. Adhibendo vocabula emphatica, bedeutungsvolle oder nach Scheller: Inhaltschwere oder Kraftworte; id est, quae praeter notionem primariam plures insuper secundarias excitant, vel effectus seu consequentiae; e. g. Ridebis, pro felix eris; furtim pro clam; er hat es mir verstohlener Weise mitgetheilt; Troja combusta. Ima. notio est: incendium Trojae; 2da. ruinae. Klopstock sagt, statt Gott, Unerschaffener; Gott ist Hauptgedanke: Der von Ewigkeit ist, den Niemand erschaffen hat (Nebengedanke).

III. Adhibendo dictionis summam brevitatem, secundum regulam: Quo paucioribus verbis eaedem notiones exponuntur; eo vehementius animum penetrant; e. g. pro: Cepi illum et tenui, brevius: Captum tenui, pro: scripsi

et relegi: scripta relegi: vel Nemo, etiamsi stultus, est, qui credere id possit, brevius: Ne stultissimo credibile. Göthe sagt, für: Dieser Mensch hat wenig Verstand, »dieses Gehirnchen.« Matthisson für: Die Urbarmachung einer Einöde, sagt: die Entödung. (Matthissons Erinnerungen sind sehr zu empfehlen.)

Nota. Oratio, quae brevitatem necessariam negligit, prolixa (weitschweifig) vocatur.

Aliud genus brevitatis est, ubi vocabulum, quod facile subintelligi potest, omittitur; e. g. Er hat Verstand; er hat Geld, statt, er hat viel Verstand, er hat viel Geld; — ein Umstand von Bedeutung statt, von großer Bedeutung; — er ist ein Denker — statt, ein großer Denker; er hat Kopf, statt, guten Kopf; das ist ein Wetter! &c.

Nota. Laconismus vocatur brevitas styli gravissima et inconsueta ex more laconico ortus. (Laconica scilicet terra seu regio Peloponnesi, cujus caput Sparta seu Lacaedemon fuit; unde nomen traxit, quibus haec brevitas in deliciis fuit, unde stylus laconicus. e. g. Dionysius Corinthi; item litterae laureatae Caesaris ad senatum Romanum devicto Pharnace Ponti rege: Veni, vidi, vici.

Huic opponitur pleonasmus seu makrologia (Langrede), quae exponit superflua, supervacanea e. g. Legati non impetrata pace, domum, unde venerant, abierunt. Virg. Nasse Thränen weinen; Kommen und nicht ausbleiben; Baumholz &c.

Aptus est pleonasmus:

a) Si est gravis, vel si gravitatis causa adest. e. g. Meismet oculis ipse vidi; Ich habe es mit meinen beiden Augen gesehen; hisce auribus audivi. Locum non habet in figura repetitionis.

b) In stylo poetico, si raro adhibetur pingendi causa e. g. langhalsiger Storch, wollige Schafe.

Gravissimum sententiae verbum, in quod auditorem maxime attendere volumus, plerumque in initio sententiae ponitur e. g. Der Tod meines Vaters schlug mir eine tiefe Wunde. Grave mihi vulnus inflixit mors patris. — Tief verwundete mich der Tod des Vaters, oder: Tief ins Herz schlug mir die Wunde der Tod des Vaters. — Sehnsuchtsvoll verlange ich nach der Stadt, mirum me desiderium tenet urbis.

Stylus omnia, quae neque perspicuitatem, neque suavitatem, neque gravitatem adjuvant, rejiciens, vocatur stylus praecisus.

(Jeden andern Meister erkenn' ich an dem, was er verspricht. Was er weise erzeugt, zeigt mir den Meister des Styls. Et Quintilian: Obstat, quidquid non adjuvat.)

Nota. Ad brevitatem styli etiam pertinet Assyndeton, cui opponitur Polysyndeton.

§. 34.

IV. Figurata dictione, vel figuras adhibendo.

Figura graecis (σχημα), Redefigur, Redegestalt, est modus loquendi illustrior, a communi loquendi consuetudine remotus, ergo inconsuetus, vel ex vehementi sensu, vel ex vivida loquentis phantasia ortus. Ergo etiam tropi adnumerandi sunt figuris; hinc quoque nonnulli tropos vocant figuras, quamvis multi notionem tropi a notione figurae excludunt. *)

Dividuntur figurae pro modo, quo mentis vires occupant et afficiunt, in quatuor classes: Prima complectitur figuras, quae ingenii acumini (Witz); altera, quae imaginationi exercendae (Einbildungskraft); tertia, quae excitandis affectibus (Empfindung) inserviunt; quarta, quae fovendae attentioni (Aufmerksamkeit) accommodatae sunt. Ita Adelung et Pölitz.

Cicero easdem bifariam dividit; in figuras verborum et sententiarum. Verborum figurae totam elegantiam ex certa quadam verborum conformatione repetunt ita, ut ablata hac verborum conformitate figura pereat; figurae sententiarum dignitas ex tota sententia repetitur, non habita verborum ratione.

Figurae verborum triplici modo existere solent: Additione, detractione, et per similitudinem vocum. Huc pertinent omnes tropi. Figurae enim verborum et tropi se ad invicem habent, sicut genus et species; dantur enim figurae verborum, quae non sunt tropi ut e. g. Anaphora; sed omnes tropi sunt figurae.

---

*) Unter Redefiguren verstehen wir gewisse aus der sinnlich-geistigen Natur des Menschen entstandene Arten des Ausdrucks, wodurch die Rede an Lebhaftigkeit und folglich an Wirksamkeit gewinnt. Wenn die Formen der Grammatik ein Erzeugniß des Verstandes sind, so verdanken die Figuren ihren Ursprung größtentheils der Thätigkeit der Einbildungskraft. Sie streben beständig nach dem Individuellen, Anschaulichen, Körperlichen, versetzen das Entfernte in die Gegenwart, geben dem Gestaltlosen Gestalt, dem Seelenlosen eine Seele, dem Stummen Sprache; ja sie ahmen selbst die zufälligen Unvollkommenheiten des täglichen Gespräches nach, und einige von ihnen können in anderer Hinsicht Fehler seyn. Der eigentliche Ausdruck findet Statt, wo der Redende blos verstanden werden will; der figerliche, bildliche, wo er zugleich Gemüthsbewegungen in dem Hörer wecken will. —

Figurae sententiarum trifariam dividuntur: Aliae, quae ad vim motumque animorum conciliandum, aliae, quae ad delectandum, et aliae, quae ad docendum pertinent. Haec divisio, si rem spectes, nihil differt a priori.

§. 35.

I. Classis. Figurae, quae ad attentionem fovendam valent.

a) Annominatio seu traductio graece paronomasia, est ejusdem verbi cum aliqua mutatione repetitio; e. g. Sua quemque fraus, suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent. — Sein Ernst war ernster, die Stille stiller. (Wiederholung eines Subst. oder Verb. in verschiedenen Cas. oder Pers. und Temp.), aus dem 19. Ges. der Odyssee von Voß:

»Aber der Hörenden floß die schmelzende
Thrän' auf die Wang' hin: so wie der
Schnee hinschmilzt auf hochgescheitelten Bergen,
Welchen der Ost hinschmelzte, nachdem der
West ihn geschüttet; daß von geschmolzener
Nässe gedrängt abfließen die Bäche. Also schmolz
In Thränen der Gattin liebliches Antlitz.«

b) Repetitio, qua ideam praecipue inculcandam saepius idoneo verbo repetimus; valet multum in affectu exprimendo, dum orator unam vel plures easdem notiones exponit, in quas auditorem imprimis attentum reddere vult. Obtinet autem, si ab eadem voce saepius incipit oratio; e. g. Nihil est, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Cic. — Nescit in immenso jactari corpora ponto; nescit agi ventis; nescit adesse necem. Ovid. — Nihil nec te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis vigiliae, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt. Cic. in. Cat. or. 1.

Vergessen sollte ich die reitzenden Fluren, auf denen mir der Frühling des Lebens gleich einem Morgentraume entfloh! Vergessen diese Haine, diese Thäler? rc. (Zwei schöne Beispiele dieser Figur findet der Schüler in Schillers Don Karlos, 1. Act. 2. Auftritt: Laß mich weinen rc. und: Im Angesicht des ganzen Hofgesindes rc.)

Vel si in eamdem vocem saepius desinit oratio, figuram hanc conversionem vocant; e. g. Ex quo tempore con-

cordia de civitate sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respublica sublata est. — Illud ex te audire cupio; quare, cum ego te defenderim, non rogatus defenderim, immeritum te defenderim, tu horum omnium immemor me oppugnas? Cic.

Eine getreue leutselige Zähre, die seh' ich noch immer;
Netzte sein Antlitz, ich küßte sie auf, die seh' ich noch immer. Klopstock.

c) Nonnumquam repetitio et conversio conveniunt, et tunc oritur **complexio**; e. g. Quem senatus damnavit, quem populus romanus damnavit, quem omnium existimatio damnavit.

Der kein Gesetz fürchtet, der keine Strafe fürchtet, der Gott nicht fürchtet, der sollte Scheu vor dem Laster haben? Jerusalem. Ithuriel über Judas. Mess. IV.

— — — Er hat dich verrathen,
Den dein Wandel gelehrt, der deine Wunder gesehen,
Den dein Mund das Geheimste von jenen Leiden enthüllet hat,
Den du würdigtest, Jünger zu nennen, er hat dich verrathen.

d) **Alliteratio** est figura, dum aequales consonantes in vocibus immediate se sequuntur, quo magis attentio in repraesentationes et conceptus cum his conjunctas augeatur:

»Wonne weht vom Thal und Hügel,
Weht von Flur und Wiesenplan,
Weht vom glatten Wasserspiegel,
Wonne weht mit weichem Flügel
Des Piloten Wange an.« Bürger.

e) **Synonimia**, quae est species repetitionis, est figura, quum vocabula frequentantur eamdem principalem quidem, sed alias atque alias secundarias ideas significantia, quae ad principalem illustrandam valent, objectum diverso respectu ob oculos ponendo e. g. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque minitantem, ex urbe vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem persequuti sumus; abiit, excessit, erupit, evasit. Cic. Te C. Caesar, quem praesentem intuemur, cujus mentem sensusque et os cernimus, quibus laudibus efferamus, quibus studiis prosequamur, qua benevolentia complectamur. Cic. Den Frieden, das innere Glück des Hauses, dieses Kleinod, diese Grundlage unserer Zufriedenheit müssen wir uns selbst zu gründen suchen. Sind wir in unserer Heimat mißvergnügt, finden wir im Kreise unserer Angehörigen keine Erholung, gewähren uns die freundlichen Umgebungen und Hausgenossen keine Erheiterung,

Freude und Vergnügen; so sind es unsere schlechten Angewöhnungen und Untugenden, unsere Schwächen, Fehler und Gebrechen, wenn wir Unlust, Mißmuth, üble Laune, Verdruß und Unruh ins Haus bringen.

f) Conduplicatio est geminatio vocis semel tantum facta, sive initio, sive in medio, sive in fine, interjectis etiam paucioribus aut pluribus verbis; e. g. Errabas Verres, et vehementer errabas. Cic. Ilia pone metum, tibi regia nostra patebit, teque colunt omnes; Ilia pone metum. Ovid. — O Corydon, Corydon, que te dementia coepit. Virg.— Täuschung, Täuschung ist oft die menschliche Hoffnung! — Wiedersehen, mein Vater, ja wiedersehen werden wir uns dort in des Himmels Lenzgefilden, in des Paradieses Auen, wo kein Angstgeschrei mehr hallt, wo keine Todtenklage mehr erschallt; dort Vater werden wir uns wiedersehen!

g) Gradatio est ea idearum vel sententiarum collocatio, ut consequens semper gravius sit antecedente, et postremo gravissimum dicatur. e. g. Facinus est, vincire civem Romanum, scelus verberare, parricidium necare, quid autem in crucem agere? Cic.

Ita quoque Horatius lib. III. oda 3.

Justum ac tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida; neque Auster
Dux inquieti turbidus Adriae,
Nec fulminantis magna Jovis manus;
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae!

Sich nicht rächen, auch dann nicht, wenn Rache Gerechtigkeit wäre, das ist edel; erhaben ists, den Beleidiger lieben; ihn in der Noth mit verborgener Wohlthat laben; das ist himmlisch. — Engel von Mendelsohns Tode: Im Anfang dieses Jahres entriß ihn der Tod seinen Freunden, unserer Stadt, den Wissenschaften, der Menschheit: Der Verlust ist groß, fast unersetzlich; zur Freundschaft war sein Herz ganz gemacht, für alle Menschen war es warm, für seine Freunde war es glühend.

Haec gradatio, per quam orator per gradus quasi ascendit, cum rem semper graviorem exponit, vocatur *Κλιμαξ*; cui opponitur Anticlimax. e. g. Thaten, durch welche du dir unsterblichen Nachruhm, die Bewunderung deiner Zeitgenossen, Einfluß in viele Geschäfte des Staates, und unermeßliche Reichthümer erworben hast. — Gott dich höre ich im rollenden Donner, im heulenden Sturmwinde, im rauschenden Waldstrome, im Gemurmel des Baches, in rieselnden Quellen.

§. 36.

II. Classis. Figurae ad imaginationem exercendam.

a) **Interrogatio**, qua orator non sciscitandi sed instandi aut cujuscumque alterius rei causa interrogat vel se, vel alios vel adversarios e. g. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? quem in finem sese effrenata jactabit audacia? &c.

Figura interrogationis non tantum valet ad sustentandam attentionem; verum etiam ad significandam animi sensationem et aegritudinem e. g. Regina in Richardo apud Weisse: In Weißens Richard III. sagt die Königin:

»Mein Eduard! Mein York! so hab' ich euch allhier
Zum letztenmal gesehn? zum letztenmal! weh mir!
Ach warum ließ ich sie von Mördern mir entreißen?
Warum bewaffnete den Arm kein tödlich Eisen?
Warum hab' ich hier nicht den Eingang kühn bewacht?
Eh' er mit Mord und Tod im Kerker eingedrungen? —
Warum durchbohrt ich hier nicht den Tyrannen gleich?
Warum erwartet' ich von ihm den Todesstreich? —
Ach ich Unglückselige! u. s. w.

Mächtig erschüttert uns Properz durch die Frage im Eingange einer Elegie:

Ergo sollicitae tu causa, pecunia, vitae es?
Per te immaturum mortis adimus iter?

Ein Beispiel der ganzen Macht dieser Figur gibt uns Demosthenes in einer Stelle, in welcher er mit gehäuften Fragen auf die Zuhörer losstürmt und eindringt:

»Sagt, Männer von Athen! welche andere Zeit, welche andere günstige Gelegenheit erwartet ihr? wann werdet ihr thun, was Pflicht und Vortheil euch thun heißen, wofern ihr es jetzt nicht thut? Hat nicht Philipp aller unserer Plätze sich bemächtiget? und wenn er, zu so vielen andern Eroberungen, nur noch Olynth hinzufügt, fühlen wir uns nicht deßhalb mit brennender Scham bedeckt? Sie, die wir im Fall eines Angriffs beschützen wollen, sind sie nicht angegriffen? Der, welcher sie angreift, ist er etwa nicht unser Feind? Oder hat er uns nicht unsere Besitzungen geraubt? Und was das Empörendste zu sagen ist, was edlern Seelen den heißesten Undank einflößen muß — ist er nicht Barbar?« II. Olynth. Rede.

b) **Responsio**, quum interroganti aliud redditur, quam quod expectabatur e. g. Hominem occidisti? imo

latronem et parricidam. — Exhaeredare filium volebat? ornatissimum cupiebat. Cic. — Infensos tibi persequeris? mactabis amicos; civium ingratorum sanguinem adpetis? tuorum cruorem fundes. Mater Veturia ad Coriol.

Warum zog das erzürnte Paar,
Sestan und wer sein Gegner war,
Die Degen aller Welt zum Schrecken?
Sie ruhig wieder einzustecken. Lessing.

Braucht es mehr, um dir Graun vor jenen Wesen einzuflößen, welches dort die Großen bauen? Und was sind denn ihre Größen? Kartengrößen im Vertrauen. Tiedge.

So jämmerlich, daß er in Thränen bald zerfließt, weint um sein liebes Weib Arist. Weil sie gestorben ist? — Nein, weil sie genesen ist. —

c) Subjectio, qua orator vel se interrogat sibique ipse respondet, vel cum alios interrogat, non expectato responso aliquid de suo addit, e. g. Tu meam domum religiosam facere potuisti? Ecqua mente? quam amiseras; qua manu? qua disturbaveras; qua voce? qua incendi jusseras. — Quonam pacto reum hunc defendes? Avaritiaene crimina frugalitatis laude deprecaberis? At nemo illo nequior, nemo libidinosior exstitit. An dices virum esse fortem? At homo inertior ignaviorque proferri non potuit. Cic.

In der Lobrede auf den jungen Prinzen Heinrich von Preußen wird diese Figur mit vielem Scharfsinn und Nachdruck gebraucht: »Was macht die Stärke der Staaten aus? Sind es weit ausgedehnte Grenzen, die allemal Vertheidiger nöthig haben? Sind es durch Fleiß und Handel aufgehäufte Reichthümer, — die nicht anders nützlich werden, als durch ihren guten Gebrauch? Ist es ein zahlreiches Volk, — welches sich selbst unter einander zerstören würde, wenn es nicht gute Anführer hätte? Nein, meine Herrn, die Stärke der Staaten besteht in großen Männern, welche die Natur von Zeit zu Zeit in ihnen hervorbringt.«

d) Praeteritio, quum orator dicit, ea se reticere velle, quae maxime dicit; e. g. Cic. de Pompejo: Itaque non sum praedicaturus, Quirites, quantas ille res domi militiaeque, terra marique, quantaque felicitate gesserit, ut ejus semper voluntatibus non modo cives adsenserint, socii obtemperaverint, hostes obedierint, venti tempestatesque obsecundaverint. —

Erwarten Sie nicht, daß ich hier diesen Helden auf seinen Siegeszeichen entseelt vorstelle, daß ich den blutigen Leichnam enthülle, bei dem der Donner noch dampft, der ihn traf. Flechier.

e) Reticentia est repentina sermonis interruptio, qua tacetur aliquid, quod series orationis postulat, quod

facile tamen intelligi potest. Locum habet in vehementiori animi motu e. g. O incredibilem celeritatem! hujus autem nostri — (tarditatem) — sed non possum accusare eum, de quo angor et crucior. Cic. Illustre exemplum suppeditat Virgilius Aen. l. I. ubi Neptunus ventos tumultuantes sic increpat:

Jam coelum terramque meo sine numine venti
Miscere, et tantas audetis tollere moles?
Quos ego — — sed motos praestat componere fluctus.

Ein prächtiger Pallast,
So offen, daß, sobald der Nord die Zinn' erschüttert,
Der bange Jupiter mit allen Blitzen zittert,
Und daß ein Widehopf — — doch horcht, der Hausherr kommt.
Hagedorn.

f) Concessio (Einräumung) est figura, per quam orator dat aliquid liberaliter, ut aliud eo fortius pervincat; e. g. Verum esto: eripe haereditatem propinguis, da palaestritis, praedare in bonis alienis nomine civitatis, everte leges, testamenta, voluntates mortuorum; jura vivorum, num etiam Heraclium patriis bonis exturbare oportuit? Cic. in Verrem.

Item. Hoc dico de toto genere Graecorum: Tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam; denique etiam, si qua sibi alia sumunt, non repugno. Testimoniorum autem religionem et fidem nunquam ista natio coluit. Cic.

Daß der Sieg über uns selbst schwer sey, will ich gerne zugeben; aber das werden sie mir doch auch einräumen, daß er gerade um so viel beseligender und verdienstvoller sey, je schwerer er ist.

g) Dubitatio, quum orator dubitare videtur, quid potissimum dicendum, agendumve sit; gravior est haec figura, quum singulis dubitationibus causae dubitandi subjiciuntur; e. g.

Grachus apud Liv. II. Quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat. An domum? matremne ut miseram, lamentantemque videam et abjectam! Sic Scipio ad milites: Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium nec oratio suppeditat, quos ne, quo nomine quidem appellare debeam, scio. Cives? qui a patria vestra descivistis; an milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis. —

Ja Reichthum wünsch' ich mir!
Doch hab ich auch bedacht,

Ob das der Reichthum ist,
Wozu der Schein ihn macht?
Gellert.

Omnibus styli virtutibus non praeditus solum est, sed eminet; fugit singulas voces usu jam attritas; e. g. utitur harren pro warten; Gefilde pro Felder; wandeln pro gehen; Krieger pro Soldat; Zähre pro Thräne; Gewand pro Kleid; Gallier, Britte, pro Franzose, Engländer; propter soni plenitudinem vocibus compositis: hinsterben, hinwelken, entblättern, entschließen, ersterben, erkämpfen, durchbrausen; item vocibus hic inde obsoletis: Veste pro Vestung, Reihen pro Tanz; vocibus

quae rem brevius exprimunt aliis; einst pro einmal; Mahl pro Gastmahl; aufdampfen pro dampfend in die Höhe steigen; empor pro in die Höhe; genitivis mein, dein, sein, pro meiner ꝛc. er vergißt mein, erbarmt sich dein; elipsi verborum in — igen; e. g. enden, befleißen pro endigen, befleißigen; weilen pro verweilen; lassen pro verlassen; staunen pro erstaunen. Juncturis et syntaxi minus usitatis; e. g. usus imperfecti; die Erde, welche unter seinen Fußtritten bebte pro gebebt hat; imperativi: Sei unglücklich, wie bald wirst du dich von deinen Freunden verlassen sehen; pro, wenn du unglücklich bist; participiorum: Traurig steht der Hain vom Nord entblättert; genitivi: Keiner meiner Wünsche ist dir verborgen pro von meinen; Roms größter Redner; sich des Wiedersehens freu'n, des Menschenblutes schonen; ponitur genitivus ante substantivum, a quo petitur: Des Todes Schrecken, der Könige größter, Europa's Kultur; dativus utilitatis: Dir lacht die beblümte Wiese, dir tönt der Hain von Philomelens Zauberlied; aptus usus nonnullarum particularum, praecipue conjunctionis, und: Also sprach er, und stürzte sich den Tod suchend, in die feindlichen Schaaren, pro nachdem er so gesprochen hatte ꝛc.

Hac et similes loquendi formulae huic stylo propriae sunt, et quod recedunt a communi loquendi usu, et quod brevitati favent; quare elipses nonnihil duriores hic regnant; e. g. er stürzte sich das blitzende Schwert in der Rechten in das dichte Heer; pro mit dem blitzenden Schwerte in der Rechten.

Stylus hic totus rebus occupatus ornamenta Rhetorum non ad venustatem, sed efficacitatem et permovendos animos tantum adhibet. Talis est in oratione Ciceronis: pro Rabirio. Hic sumi in manus debent praeterea: Oratio pro lege Manilia, pro Marco Marcello et similes.

Adhibetur stylus sublimis in sermonibus sublimiorum personarum, principum, angelorum, deorum, et in sermonibus ad tales personas; e. g. So spricht der Herr:

Wer darf sich verleiten lassen, mich zu erzürnen und meinem Grimme zu trotzen? Siehe ich sprach, o Mann zu dir: Rühre an, was du willst, nur der Baum des Erkenntnisses soll dem Herrn zugehören! Siehe, schwur ich nicht einen Eid, den der ganze Himmel hörte, daß du des Todes sterben solltest, wenn du ihn anrührtest?

Ewald.

In omnibus denique rebus grandibus, novis, quae reverentiam et admirationem excitant. Stylus hic ad poeticum stylum proxime accedit. (Die höhere Schreibart ist diejenige stylistische Form, in welcher der innige Zusammenhang zwischen Correctheit und Schönheit hauptsächlich durch die hervorstechende Thätigkeit des Gefühlsvermögens hervorgebracht, doch im Verhältnisse zu der höhern Anregung und Belebung der Einbildungskraft

durch die aufgestellten Ideale, auch die Vernunft befriedigt wird. Daher spricht die Darstellung in der höhern Schreibart unmittelbar zur Einbildungskraft und zum Gefühlsvermögen, und nur mittelbar zum Verstande und zur Vernunft; deshalb ist Rührung und Erschütterung ihr nächster, Belehrung und Ueberzeugung ihr entfernter Zweck.)

§. 47.

Exemplum triplicis hujus styli in eodem argumento est exordium orationis parentalis in laudem Friderici, regis Prussiae.

In stylo tenui.

Si id nobis contigisset, auditores, ut luctus, in quem incidimus, publicus, signis saltem quibusdam nobis ostenderetur: magno quidem moerore animi ad dicendum adgrederemur, sed nobis tamen paulo minus videremur infelices. Verum eheu! praeter opinionem nobis accidit haec calamitas, prius quam nos oppressit, quam id metuere posse videremur. Tanto ergo nos existimamus infeliciores, quanto minus doloris nostri causam atque originem perspicimus. Amisimus heu! Fridericum Regem, optimum non modo nostrae aetatis, verum omnium superiorum saeculorum principem, idque eo tempore, quo nihil subesse periculi credebamus. Bone Deus! quanta erat civium omnium per tot provincias laetitia, quum meliuscule habere Regem increbesceret? At o vanas hominum spes! o incerta gaudia! In publica illa laetitia ingens nos dolor ac luctus incredibilis oppressit, intercepto rege, quem salvum atque incolumem esse laetabundi acceperamus. Etiamsi itaque in hoc acerbissimo funere ipsi veluti exanimati adstare videamur: continebimus tamen, quoad fieri poterit lacrymas, et vel in laudibus principis nostri, non dicam praedicandis sed recensendis, solatium quaeremus. Interest sane reipublicae, interest posteritatis, ne tanti principis nostri merita, vel ingrati dissimulare, vel justo verecundiores silentio praetermisisse dicamur &c.

In stylo medio.

Si vel in eo nobis pepercisset fortuna, auditores, ut tristem illam, quae nos, nihil tale cogitantes oppressit, tempestatem vel significatio quaedam antecederet: maximo quidem dolore hoc parentandi officio defungeremur, sed videremur tamen nobis in summa quamlibet infelicitate, paullo feliciores. Sed jam eheu! inexspectata in nos procella de-

saeviit, omnesque fortunas nostras, ac propemodum spes ipsas, tristissimo ictu turbavit. Quid ergo nobis potest esse infelicius, quorum dolori hic veluti accessit cumulus, ut ipsa etiam celeritate haec calamitas duplo redderetur intolerabilior! Vixit enim, vixit Fridericus, saeculi nostri delicium, civium amor, quo nemo vel pietate religiosior, vel justitia sanctior, vel prudentia consultior, virtutibusque omnibus ornatior admirabiliorque fuit: et quod maxime mens attonita luget, eo ipso tempore vivere desiit, quo jam convaluisse illum jucundo initio, ac postea tristissimo errore credebamus! Bone Deus, quanta tunc erat omnium laetitia, quanta congratulatio, quantus votorum per templa, curias, palatia, ac privatorum concentus, quando revixisse credebamus optimum principem. Quocumque nuntius tam laetus penetrabat, omnes laetitia summa optimaque spe implebantur, seque salvo Friderico, ipsos quoque salvos existimabant. At, o vanas hominum spes! o incerta gaudia! Eamne infelicitatem experiri nos oportuit, ut laetantes exultantesque tantus luctus opprimeret! Eamque ob causam nos fortuna brevi hac perfrui voluptate voluit, ut ea intercepta tanto acerbius affligeremur? Ita est profecto, Auditores! Enim vero tametsi in Friderico nos ipsos amisisse videamur: superabimus tamen, quoad fieri poterit, moerorem, sed vel in meritorum ejus virtutumque contemplatione, quaeremus solatium. Hoc unum enim exigere a nobis videtur divina anima, postquam ad coelestes illas sempiternae felicitatis sedes evolavit, ut ne merita illa, quae in nos exstant innumera, vel dissimulemus, quod ingratorum, vel tacite praetermittamus, quod justo verecundiorum foret.

In stylo sublimi.

Si vel hoc malo nostro nobiscum transegisset fortuna, ut tristissima, quae nos oppressit procella, saltem signis quibusdam ac significationibus nobis ostenderetur: maximo quidem cum dolore illaetabili huic parentandi officio accingeremur, at videremur tamen nobis, in summa quamlibet, infelicitate, paullo feliciores. Verum inexspectata tempestas in nos desaeviit, ceciditque fulmen non ante provisum, quum omnia quaqua versum uno ictu terreret, concuteret, prosterneret. Ecquid proinde nobis potest esse infelicius, quorum infelicitati hic veluti cumulus accessit, ut velocitate fatalis nuntii attoniti, vix sensui nostro ac dolori credamus? Amisimus enim (heu triste ac illaetabile verbum), amisimus, inquam, Fridericum regem, aevi nostri Trajanum, omnibus saeculis lugendum principem, qui nihil

in vita, nisi laudandum, aut fecit, aut dixit, aut cogitavit: ac eo quidem tempore amisimus, quo jam lætitiæ publicæ sensum ex renuntiata ejus salute nobis præcipere videbamur. Bone Deus, quanta erat omnium congratulatio! quam effusa cunctorum lætitia, quum provinciis pervagaretur rumor, defunctum esse incomparabilem principem fatali periculo, remisisse morbi pertinaciam, et melius habere eum, cujus salute omnium salus continebatur. Quocunque nuntius tam faustus penetrabat, tantos ubique excitabat plausus, ut non tam rex, quam populus e diuturno morbo convaluisse videretur. Verum, o vanas hominum spes! o tristes rerum humanarum vicissitudines! Lætantes atque ovantes tantus subito nos oppressit dolor, ut etiamnum quid nobis acciderit, non sine stupore miremur. Proditum memoriæ est, fama mendace de Germanici sanitate Romam perlata, auditas ubique esse gratulantium ac inter se concinentium voces: Salvam Romam, salvum Germanicum: eodem vero paullo post morte intercepto, eum confestim insequutum esse luctum publicum, qui nec solatiis ullis, nec edictis potuerit inhiberi: lapidata sunt templa, subversas Deorum aras, Lares familiares in publicum objectos, quin et partus expositos, tanquam infelices futuros, si tanto funeri superstites viverent. Enimvero desiderium istud, cum furore magis, quam ratione conjunctum, non tam inusitatus quidam, qui in defuncto Germanico innotuerat, virtutum splendor, non tam meritorum aut præstitorum humano generi beneficiorum magnitudo excitaverat; quam atrocitas temporum, et Tiberii, pessimi principis, sævitia, quam Germanici reverentia ac metu adhuc aliquantulum repressam esse, Romani existimabant. Nobis aliæ sunt, ac longe æquiores desiderii rationes. Interceptus nobis est princeps, vere Germanicus, quo ne voto quidem, aut cogitatione meliorem fingere potuisset quisquam, quo nemo erat pietate religiosior, justitia sanctior, prudentia consultior, belli pacisque artibus major atque illustrior, quem unum observabant principes, timebant hostes, peregrini vero non minus ac cives incitatissima pietate colebant. Talis fuit Augustus noster, auditores, talis fuit publicæ salutis ac felicitatis custos, cujus sepulchrum, nulli mortalium indefletum, piis atque assiduis lacrymis adspergimus, cujusque nominis non sine dolore quodam unquam possumus recordari. Ut paucis dicam, quæ sentio: eum lugemus principem, qui erat immortalitate, consentientibus omnibus judicibus, dignissimus; si aliud patuisset iter ad beatam illam, ad quam omnia referebat, æternitatem. Tametsi igitur in hoc acerbissimo funere non tam Regem, quam nos ipsos

efferre; non tam principi, quam nobis exequias ire, justaque facere videamur: continebimus tamen, quoad ejus fieri poterit, lacrymas, et vel in meritorum ejus, virtutumque eminentissimarum contemplatione dolori nostro adlevamentum quæremus, miserum istud quidem ac luctuosum, sed tamen adlevamentum futurum &c.

Ein sehr passendes Beispiel von Umwandlung einer Schreibart in die andere, gibt Pölitz, in seinem System des deutschen Styls. Ich rücke es hier ein, weil es kurz, treffend und belehrend bearbeitet ist, indem es zugleich die guten Eigenschaften und die Fehler jeder Schreibart darstellt.

Bruchstück aus der niedern Schreibart.

»Wenn wir das irdische Leben genauer betrachten, so kann uns die Bemerkung nicht entgehen, daß wir auf der Erde gut und weise gelebt haben müssen, wenn wir nach dem Tode ein besseres Schicksal erwarten wollen. Wir dürfen aber nur das gegenwärtige Leben aus dem rechten Gesichtspunkte betrachten, um uns von dieser Wahrheit zu überzeugen; denn alle Versuchungen und Prüfungen, die wir auf der Erde antreffen, sollen uns nicht von der Tugend abwendig machen, sondern bloß unsere Kräfte üben, und uns Muth und Stärke geben, um unsere künftige Belohnung nicht selbst zu verscherzen.«

Verwandlung dieses Bruchstücks in die mittlere Schreibart.

»Sobald wir den Aufenthalt des Menschen auf der Erde aus seinem einzig richtigen Standpunkte fassen, sobald muß sich uns die Ueberzeugung aufdringen, daß nur auf ein Leben im Dienste der Wahrheit und Tugend ein besserer Zustand jenseits des Grabes eintreten kann. Zu dieser großen Ueberzeugung werden wir uns um so sicherer erheben, wenn wir die mannigfaltigen Prüfungen und Reize zum Abfalle von der Pflicht, die sich uns hier überall entgegen stellen, blos für die Mittel unserer Erziehung und Bildung halten, durch welche ein höheres Wesen alle unsere Anlagen in Thätigkeit setzen, und sie zu der Fertigkeit und Kraft fortführen will, zu welcher sie sich erheben müssen, wenn jenseits ein Zustand der höhern Reife und Beseligung unsere Sehnsucht befriedigen soll.«

Verwandlung desselben Bruchstücks in die höhere Schreibart.

»Die Thätigkeit eines vernünftigen und freyen Wesens erweitert sich nur dann zur Erreichung ihres erhabensten Zieles, und darf der befriedigenden Auflösung des Räthsels unserer irdi-

schen Verhältnisse entgegensehen, wenn diese Thätigkeit sich die großen Ideale der Wahrheit und der sittlichen Vollkommenheit lebhaft vergegenwärtiget. Je tiefer diese Ansicht der Gegenwart in alle unsere Thätigkeiten eingreift, um so höher wird der Standpunkt, aus welchem uns dieser Zustand der Vorbereitung und Erziehung für eine bessere Ordnung der Dinge erscheint. Nicht für den Staub der Erde sind die unendlichen Kräfte ins Daseyn gerufen, die nach einem gränzenlosen Ideale streben, und die nur in der Aussicht auf den Zustand einer höheren Vollendung jene unermeßliche Befriedigung finden, für die sich alle Anlagen unsers Wesens entwickeln. Mag dann immer diese Entwicklung unter dem Andrange unzähliger Anstrengungen und Aufopferungen geschehen: so sind diese Anstrengungen und Aufopferungen doch die nothwendigen Bedingungen, um ein vernünftiges Geschöpf zu einer unendlichen Beseligung zu erheben, die jenseits dem Grabe seiner auf Erden errichteten Reife und Vollendung entsprechen wird.«

Note. Als classische Muster in den drei stylistischen Formen können zur Uebung empfohlen werden: Im niedern Styl: Garve, Campe, Gellert, Wieland, Knigge, Weiße, Rabener, Spalding, Claudius, Lichtenberg u. a. m. — Im mittlern Styl: Garve, Wieland, Hufeland, Forster, Herder, Mendelssohn, Kant, Jacobi, Engel, Lessing, Heidenreich, Pölitz, Platner, Heeren, Eichhorn, die Predigten von Reinhard, Jerusalem u. s. w. — Im höheren Styl: Schiller, Johann v. Müller, Woltmann, Abbt, Lavater, Jean Paul u. a. —

§. 48.

Aliæ præterea in usu sunt styli denominationes, et subordinatæ quasi species pro rerum et objectorum proponendorum diversitate et fine scribentis, ut:

1. **Stylus atticus**, aliter concisus, fere sublimem affectatus brevioribus periodis, verbis lectissimis et maxime necessariis adstrictus est.

2. **Rhodius**, mediocritatem undique quærit, medius inde dictus.

3. **Asiaticus**, quem periodicum appellant, utitur longis periodis, fusiorique circuitu.

Exempla triplicis hujus styli.

Sit propositio: Literarum studia perpetuo prosunt.

Asiatice hanc propositionem expressit Cicero pro Archia:

Nam ceterae res neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum: hæc studia adolescentiam alunt,

senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Attice locutus est Plin. Epist. I. 3. Reliquæ rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur: hoc nunquam tuum desinit esse, cum semel cœperit.

Rhodie ita efferas: Cum reliquarum rerum omnium nec diuturna admodum, nec jucunda possessio sit: sola optimarum artium studia et delectare perpetuo, et ætatum, locorum ac temporum omnium esse videntur.

Nota. Ex his stylus eligendus est, qui rebus dicendis erit aptissimus. Aptissimus autem ex Tullii sententia futurus est, qui magna graviter, mediocria temperate, humilia subtiliter effert. Hinc ad docendum stylo simplici, ad delectandum mediocri, ad movendum stylo sublimi utitur.

Vitia styli sunt: 1) stylus siccus, aridus, (trockene Schreibart), in quo nullus est ornatus, numerus et nexus partium; valet hic stylus pro rebus abstractis exponendis. Facile autem degenerat in stylum salebrosum (holperige Schreibart); 2) frigidus aut puerilis, in quo ornamentorum loco crepundia, allusiones frivolæ, et acumina frigida assectantur; 3) Tumidus et inflatus, (der affektirte, gekünstelte), qui complet orationem verbis poëticis, allegoriis audacibus, et figuris violentis. Huic opponitur stylus simplex, ingenuus et castus (die einfache und kunstlose Schreibart).

§. 49.

Alia adhuc generum dicendi apud Ciceronem obtinet divisio, in genus dicendi demonstrativum, deliberativum et judiciale.

Primum dicunt versari in laudendo v. vituperando; alterum in suadendo v. dissuadendo; tertium in accusando v. defendendo. Sic ipse Cicero Invent. I. 5. ait: Aristoteles autem, qui huic arti (oratoriæ) plurima adjumenta atque ornamenta subministravit, tribus in generibus rerum versari Rhetoris officium putavit, demonstrativo, deliberativo, judiciali. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicujus certæ personæ laudem aut vituperationem. Deliberativum est, quod, positum in disceptatione et consultatione civili, habet in se sententiæ dictionem. Judiciale est, quod positum in judicio, habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem. Et quemadmodnm nostra quidem fert opinio, oratoris ars et facultas in hac materia tripartita versari existimanda est.

Cicero hic loquitur non de tribus generibus dicendi in universum, sed de materia tripartita, in qua orator romanus tempore reipublicæ liberæ versari solebat et debebat. Recte igitur ista divisio cadit in illa tempora et in illum statum reipublicæ. Nostris temporibus eamdem omni utilitate carere putant.

Caput III. De styli præsidiis.

§. 50.

Ad munus oratoris rite obeundum stylumque formandum, quatuor potissimum subsidia assignant præceptores: naturam, artem, exercitationem et imitationem.

I. Natura non tantum juvat aut promovet, sed gignit et profundit ex se eloquentiam, hinc fons potius quam subsidium adpellabitur. Natura ex parte animi ad eloquentiam confert promtos acutosque in excogitando motus, uberes vividasque imagines, memoriam firmam, judicium acre et defœcatum. Ex parte corporis, latera firma, solutam linguam, aptam oris ac totius corporis conformitatem.

II. Ars naturæ dona excolit, supplet, sicubi quid deficit, resecat, quod luxuriat, rectamque in viam coërcet eloquentiam.

III. Exercitatio conservat, firmat ac roborat, quæ arte magistra hausimus; stylus enim ut Cic. de Orat. ait, est optimus et præstantissimus dicendi effector ac magister; et ipsa corporis vitia, quemadmodum de Demosthene legimus, corrigit exercitatio frequens et sedula.

Ut facilitatem quamdam in latine scribendo nobis comparemus, requiritur; ut transferamus quam plurima e sermone patrio in latinum; 2) ut thema aliquod propositum et explicatum elaboremus et amplificemus.

IV. Imitatio facit, ut summa eloquentiæ exempla tanquam speculum nobis ob oculos ponamus, et nostra facilius ad sinceræ artis regulas conformemus.

Est vero imitatio facultas, alicujus auctoris stylum ejusque ideam sine plagii suspicione exprimendi.

Duplex a præceptoribus constituitur, alia puerilis sic dicta, quod tota in conquirendis tantum phrasibus continetur, aut per solam fit periphrasim; non est tamen inutilis maxime tironibus, valetque tum ad puritatem, tum ad copiam sermonis latini acquirendam. Magis puerilis est illa, dum paulum immutata verba, aut verba descripta ad aliud detorquentur.

Fit vero imitatio puerilis:

1) Verba elegantiora, phrases &c. ad cogitata sua transferendo, qui modus omnium facillimus est.

2) Sententiam quamdam aliis verbis et phrasibus exprimendo; e. g. Pulchrum est laudari a viro laudato; imitaberis hanc sententiam, si ita efferres: Laudari ab iis, qui ipsi sunt laude dignissimi, is vero fructus laudandarum actionum est pulcherrimus.

3) Sententiam eamdem additis aut detractis nonnullis vocibus constringendo aut extendendo; e. g. Omnibus potest evenire, quod uni, quin tibi non possit. Quæ sententia addita circumstantiæ causa ita extendi potest: Quum et naturam habeamus eamdem, et iisdem calamitatum opportunitatibus vita nostra sit exposita; neque quisquam ad id fastigium pervenerit, quo fortunæ tela aut hominum injuriæ non possint pervenire: quid est, quod ita vivis, quasi privilegio quodam ab his liber sis, quæ ad omnes pertinent.

4) Denique propositis periodis alias similes effingendo. Sit e. g. Ciceronis periodus: Si, quantum in agris locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque judiciis impudentia valeret; non minus nunc in causa cederet A. Cæcinna L. Aebutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ.

Hanc ita imitabimur: Si, quantum regibus confidere solemus, tantum fiduciæ in Deo collocaremus; haud dubie, quo magis nos mala premerent, eo minus desperandum putaremus.

Alia est virilis seu mascula, quæ ad ipsum inveniendi disponendique artificium et universam orationis formam advertit, et hæc ita exprimere conatur, ut illa esse descripta nemo possit arguere; hinc ipsius auctoris propositi virtutes eminentiores, nervos et masculum robur imitando exprimere docet, quod fit:

I. Inventione, dum argumenta et cogitatus excellentes ad thema nostrum transferimus, vel si affectuum excitandorum eamdem rationem inimus, vel denique si mores, quibus auctor orationem suam distinxit (quod Ethicum orationis appellamus), themati nostro adsciscimus. Exemplum præbet Plinius Epist. 3. l. I. qui amore studiorum inflammaturus Caninium Rufum, prædiorum ejus amœnitatem collaudat, ac deinde colligit, recte iis utendum esse: non rectius vero iis usurum Caninium, quam si omissis sordidis rei familiaris curis, in studiorum sese portum vindicet, maxime quum prædia illa post eum alium atque alium habitura dominum, gloria vero vigiliis ac lucubrationibus parta, numquam sit interitura. Quam eleganter hoc argumento

pathetico uti posses, si quando cohortari volueris aliquem ad diligentiam, qui in pingui aliquo secessu aut alio amœniore loco vivit. Vel etiam: laudaturus alicujus divitias diceres; eum divitiis recte uti, quia non acervos congregat, sed indigentibus succurrit.

II. Dispositionem auctoris imitamur, si generalem totius, vel singularium tantum argumentorum coordinationem ad rem nostram accommodamus. Permultum autem refert, quomodo disponantur argumenta singula. Fieri id solet per syllogismos et enthymemata. In his tamen disponendis relinguitur oratori libertas, e. g. Cicero laudat Pompejum optimum imperatorem, quia in Pompejo est scientia rei militaris, virtus, auctoritas et felicitas. Eodem modo et ordine collaudabis administrum reipublicæ, dicendo: in ipso esse profundam politices cognitionem, indefessam pro salute publica vigilantiam, magnam apud exteros existimationem, et eventus consiliorum felices semper fuisse.

III. Elocutionem imitabimur, quoties auctoris habitum et characterem, acumina, figuras ac periodos effingere conabimur. e. g. Sic Plinii characterem in Epist. 3. L. 1. ad Canin. Rufum, imitatione quadam virili exprimere licet: Quid agit N. N. tuæ meæque deliciæ? quid horti amœnissimi? quid illud nemus opacissimum? quid smaragdinus pratorum viror? quid illi suaves, et tamen serii doctissimorum virorum congressus? quid theatrum anatomicum, quod plurimus aer collustrat et refrigerat? quid acroateria illa spatiosissima? quid illa domestica? quid bibliothecæ publicæ privatæque? tenentne te ac per vices ad se alliciunt? An, ut solent juvenes, voluptatis deceptus illecebris, crebris commessationibus indulges? Si tenent, ter quaterque, sin minus, ne beatum qnidem dixerim.

Quin tu, (occasio est enim) indignam te ingluviem aliis relinguis, et ipse te in illo digno Musis secessu honestarum artium studiis adseris. Hæc sit occupatio tua, hæc remissio, hic labor, hæc requies; in his dies, in his item noctes transigantur. Collige aliquid et reconde, quod sit sempiternum. Nam voluptates illæ, exactis paucis annis evanescent, hoc numquam jucundissimum esse desinit, si semel cœperit. Non ignoro, quam indolem, quod horter ingenium: tu modo da operam, ut tantum utaris occasione, quantum uti voles, quum non amplius uteris. Vale. — Nemo hic Plinii non agnoscet stylum, et tamen vix verba quædam Plinio debentur.

§. 51.

Media ad stylum formandum sunt:

1) Lectio, ut per se patet, quia nemo auctorem, quem non legerit, imitari potest. Hæc lectio, ut optatos fructus ferat, debet esse frequens, et assidua et accurata, ut et singula cogitata et singula verba plane intelligamus.

2) Meditatio, ut eas virtutes, quæ in exemplari continentur, imbibamus.

3) Scriptio, qua acquiritur usus eorum, quæ in lectione et meditatione pulchra deprehendimus.

4) Emendatio, quia latinitatis tiro, plurima semper inveniet, quæ ad limam revocanda sint et castiganda.

Imitatio virilis duabus partibus comprehenditur:

Analysi et Genesi.

Analysis officium est, locos aut periodos alicujus auctoris in membra sua partiri, partium hujusmodi ideas examinare, orationis habitum, quo enuntiatum est, inspicere, nexus partium &c. examinare, postremo etiam elegantiorum figurarum lumina non præterire; et in hoc legendi modo consistit lectio stataria. Genesis continuo sequitur resolutionem susceptam. Cum enim per analysim decora orationis sint reperta, eadem nunc per genesim ad rem propriam transferenda erunt. Quare ordine eodem aut saltem simili disponendum erit thema nostrum, partes totidem inveniendæ et assumendæ, orationis habitus quam simillimus deligendus, connectendæ rationes, elegantiæ, figuræ eædem adhibendæ. Exemplis plenus est ipse Tullius, qui multa ex Demosthene mutuatus est; plenus Virgilius, qui Homerum et Theocritum; Terentius, qui Menandrum et Aristophanem; Horatius denique, qui Pindarum et Callimachum plus simplici vice latine loqui faciunt.

In legendis libris sequentes regulas sequi oportet:

1) Quisque eos libros legendos eligat, qui præfixo scopo ac proposito, vel scientiis, ad quas mentem conferre vult, et viribus suis accommodatissimi sunt. Hinc librorum in suo genere optimorum notitia paranda.

2. A lectione librorum abstinendum, qui phantasiam vividis et allicientibus imaginibus nimium occupantes intellectus culturam magis impediunt, quam promovent.

3) In librorum delectu et constituendo legendi ordine juvenes consilia virorum eruditione clarorum sequantur, et ad ipsam lectionem mente præjudiciis et præconceptis opinionibus libera accedant. Primum facilia et minora, in qui-

bus disciplina adcurate, systematice et breviter tractatur, legenda, deinde ad majora, difficiliora et ad illa opera transeundum, quæ doctrinam fusius tractant.

4) Inter legendum numquam ad sequentia progrediendum, nisi bene intellectis antecedentibus. Hinc lente festinandum. Propositiones occurrentes examinandæ sunt, ut adpareat, sintne veræ nec ne; quem in finem argumentum totius absque omni verborum ambage et ornatu in compendium redigatur, secundum regulas logicas concinnatum; ita enim judiciorum et ratiociniorum momentum et nexus uno quasi obtutu pervidebitur.

5) Lectio vaga vitanda, hæc enim confusionem parit, et parum commodi adfert. Hinc Plinius commendat: Multum non autem multa esse legenda. Et iterum divi Augustini effatum est: Timeo unius libri lectorem.

6) Quæ notatu digniora inter legendum occurrunt, in adversaria referantur. Id autem finita primum totius libri lectione fieri debet.

7) Ut gustus simul cum intellectu excolatur, ob lectionem literariam studium operum æstheticorum non est negligendum. Opera enim æsthetica i. e. Poëtarum et Oratorum, jam in se spectata commendatione dignissima sunt, quia efficacissimum boni gustus excolendi medium sunt, atque vires animi recreant, adeoque culturam intellectualem promovent. *)

---

*) Lichtenberg ertheilt in dieser Hinsicht vortrefflichen Rath: „Zwei Absichten sagt er, muß man bei der Lektüre beständig vor Augen haben, wenn sie vernünftig seyn soll: einmal die Sachen zu behalten, und sie mit seinem System zu vereinigen, und dann vornehmlich sich die Art eigen zu machen, wie jene Leute die Sachen angesehen haben. Darum soll man keine Bücher von Stümpern lesen, zumal, wo sie ihr eigenes Räsonnement eingemischt haben."
Auch Seneca gibt seinem Freunde Lucil in einem Briefe folgende treffliche Vorschriften: „Dahin sieh, daß du bei dem Lesen so vieler Schriftsteller und verschiedenartiger Bücher nicht unstät umherschweifest. Bei gewissen vorzüglichen Köpfen mußt du verweilen, und dich nähren, wenn du etwas in dich ziehen willst, was treu in deiner Seele hafte. Nirgends ist, wer überall ist! Leute, welche ihr Leben auf Reisen zubringen, pflegen viele Gastfreundschaften, aber keine Freundschaften zu haben. Eben dies muß denjenigen begegnen, welche sich keines Schriftstellers Geiste vertraulich anschmiegen, sondern im schnellen Lauf an allem nur vorbeistreifen.

Nota. Quis in tanta præstantium scriptorum copia præcipue imitandus sit, haud facile est definire. Optimus censetur, qui cujusque ingenio, captui et viribus erit accommodatus.

Sunt enim, qui ipso naturæ impetu ad ubertatem et copiam feruntur, quibus Ciceronem; aliis adstricta et arguta placent, quibus Plinium; alii simplici et casto orationis genere delectantur, quibus Cæsarem et Cornelium Nepotem præceptores commendant.

Præclaria item exemplaria ingenui et casti styli præbent: Homerus, Herodotus, Xenophon, Demosthenes, Livius; inter Germanos: Engel, Garve, Gœthe, Wieland, Herder, Ehrenberg, Pölitz &c.

Institutionis ad Eloquentiam

Pars II.

De scriptionum generibus.

De stylo in specie.

§. 1.

De stylo simplici prosaico.

Stylus prosaicus simplex est ille stylus, quo utitur eloquentia simplex prosaica. Hujus styli primaria virtus est: perspicuitas seu claritas.

Ut stylus hic rectus et aptus sit, necesse est:

a) Ut omnia, ex quibus perspicuitas oritur, adhibeat.

b) Ut omnia, quibus perspicuitas læditur, fugiat.

Secundum utramque hanc regulam stylus simplex:

1) Respuit omnes periodos longiores et artificiosas.

2) Significatione utitur propria, nota vel explicata; proinde devitat tropos, nisi sint consuetissimi.

3) Quoniam materia eloquentiæ simplicis solum intellectum et rationem afficit et occupat, ideo stylus simplex figuris quoque abstinet.

4) Attamen non rejicit omnia, quae ad suavitatem pertinent, alioquin siccus et aridus evaderet, ut puta; dignitatem, acute dicta, euphoniam vocum et propositionum apte conjunctarum.

5) Amat brevitatem et præcisionem, docente Quintiliano: Quidquid perspicuitatem non adjuvat, obest.

§. 2.

Stylus simplex adhibetur:

I. In simpliciter narrando; inde stylus simplex historicus.

II. In operibus didacticis (Lehrgegenständen); stylus simplex didacticus.

III. In dialogis consuetis; stylus simplex dialogicus. (Der gesellschaftliche Styl.)

IV. In epistolis familiaribus; stylus simplex epistolaris.

V. In rebus cancellariis; stylus simplex cancellarius.

VI. In causis forensibus (Gerichtssachen); apud nos hodierno tempore stylus simplex forensis. (Der einfache Gerichtsstyl.)

VII. In inscriptionibus; stylus simplex lapidarius (Lapidarstyl).

De stylo epistolari (Briefstyl).

Caput I. De epistola in genere.

§. 3.

Epistola in genere est sermo scriptus, ita tamen, ut ad singularem quemdam (sc. hominem) scriptori absentem sit conversus. Sermo ad alium quemdam est directus, si materia et stylus pro conditione ejus singularis personæ conformatur, ad quam scribimus; proinde nondum sufficit, operi titulum inscribere, quo significamus, illud nominato cuidam viro eximio esse dedicatum; e. g. Si quis historiam naturalem forma epistolæ conscriptam exhiberet, non est epistola, sed opus didacticum tantum forma epistolari præditum; e. g. Die Naturlehre in Briefen an die Preußische Prinzessin. Ejusdem generis sunt item aliæ, quæ de rebus historicis conscribuntur; quæ vero omnes non tam epistolæ, quam dissertationes esse videntur.

Nonnunquam plures personæ, quæ tamen ejusdem sunt conditionis, considerari possunt utpote unica, quæ dicitur persona moralis; e. g. Epist. Horat. ad Pisones, i. e. ad patrem ejusque filios.

§. 4.

De divisione epistolarum.

Nostro e consilio illæ sunt epistolæ, quæ testandi amoris aut animorum conciliandorum causa scribi solent. Tales sunt:

I. Epistolæ familiares (freundschaftliche, vertraute Briefe), quæ scribuntur ad familiarem absentem de rebus variis familiaribus (Familien-Angelegenheiten), privatis, obviis; tales

sunt pleræque Ciceronis epistolæ ad familiares et non paucæ ad Atticum. Hujusmodi epistola dici potest colloquii vicaria (Die Stelle eines Gesprächs vertretend). Plures plerumque res complectuntur; quemadmodum familiares colloquentes pluribus de rebus confabulantur.

Epistolæ plerumque ad illum solum pertinent, ad quem scribuntur; raro ad omnes lectores referuntur, quando scilicet scriptor ita dignus est, ut ejus familiaritas cum aliis nostrum quoque animum attingat; e. g. Epistolæ Ciceronis, Plinii, Klopstokii, Wielandii, Schilleri, Lutheri, Napoleonis. &c.

II. Epistolæ, quæ scribuntur ad viros amplos majoris ordinis (Convenienz-Briefe); quales sunt multæ Plinii ad Trajanum Imperatorem. Huc quoque pertinent libelli supplices (Bittschreiben, Gesuchsschreiben).

III. Epistolæ elaboratæ, quæ rem magnam (wichtigen Gegenstand) tractant, ad omnes fere lectores pertinentem. Nomen a magna diligentia traxerunt, quacum elaborantur.

IV. Denique epistolæ etiam respectu materiæ dividuntur, nempe:

in gratulatorias, Glückwünschungsschreiben,
gratiarum actorias, Danksagungsschreiben,
salutatorias, Bewillkommungsschreiben,
commendatorias, Empfehlungsschreiben,
consolatorias, Trostschreiben,
petitorias, Bittschreiben,
didacticas, Belehrende Briefe,
negotiatorias, Handelsbriefe. et s. p.

Huc quoque redeunt epistolæ dedicatoriæ, Dedikationen, Zueignungsschriften.

§. 5.

De epistolis familiaribus.

Res primariæ, quas scripturi sumus in epistolis, verbis expressæ sunt propositiones (Hauptsätze) epistolæ; de his tractandis sequentes leges statuuntur:

1) Propositiones justo ordine sunt collocandæ. Præponantur nempe, quæ prius cogitantur, vel quibus præparamus lectorem ad res molestas accipiendas. In responsoriis sequamur ordinem illius epistolæ, cui respondemus. Sit e. g. ordo variarum propositionum ex Ciceronis epistola familiari. L. XI. 24. a) Breviter scribam tuo exemplo. b) Fiduciam nobis magnam injicis. c) Bono ergo animo

ero. d) Literarum mearum causa non expectabis in Italia. e) habebis pecuniam. f) Servilius tibi amicus est. g) Nos non deerimus.

2) Deinde sunt propositiones pro re nata (wie die Sache sich gerade trifft) vel probandæ causis et argumentis; vel illustrandæ et amplificandæ per circumstantias, adjuncta, similia, exempla, testimonia, descriptiones, partium enumerationem. &c.

3) Denique recte sunt conjungendæ. Nonnunquam autem sine conjunctione proferuntur, quando connexio vel supervacanea vel adfectata esse videtur.

Connexio duplex est:

a) Connexio verbalis (formelle Verbindung) quæ per particulas et loquendi formulas consuetas obtinetur.

b) Connexio realis, quæ petitur a propositionum ipsarum similitudine vel dissimilitudine; e. g. Sanavi, rus proficiscar. Cum vires corporis nondum omnes redierunt; hinc medicus mihi suasit, rure frui. Atque si accesserit elaboratio, facile nascetur epistola familiaris elegantissima. E. g. Sint propositiones sequentes:

I. Diu admodum siluisti. II. Ego jam rusticor. III. Scribe ad me frequentius.

1) Propositio. Tam diuturno me silentio adhuc mulctasti, ut nisi te ex P. disciplina scirem prodiisse, in Pythagoræorum castra transiisse te existimarem. Quis, malum, morbus te hominem olim loquacissimum invasit, ut confestim magis mutus videaris, quam piscis? Ego vero præclare, mihi crede, ulciscar illam pertinaciam tuam, literisque meis tanto magis te obtundam quotidie, donec odiosissimum istud silentium tuum tibi extorqueam!

II. Propositio. Sed heus, tu inquies, tantumne tibi otii est, ut bonas horas scribendis epistolis consumas? (En præclaram connectendi formulam, quæ hanc cum priori jungit propositionem!) Est vero, et quidem plurimum. Relicto enim urbano strepitu nuper in suburbanum illum, quem nosti secessum, tamquam in portum me vindicavi. Hic modo rusticor, et temporis nonnihil valetudini, nonnihil remissioni animi tribuo. Interdum, ne nihil potius agere, quam otiosus esse videar, aliquid parturit ingenium, sed ut ille ait, plenum ruris et inficetiarum.

III. Propositio. Ne ergo me urbanæ elegantiæ plane capiat oblivio, (iterum connectendi formula) fac, quæso, ut a te literas et frequentissimas et, quales tu mittere soles, Roma ipsa urbaniores accipiam. Vale.

4) Præparatio ad propositiones tractandas seu ad materiam dicitur exordium (Eingang), quod nonnumquam etiam adesse potest. (Non tamen quævis epistola habet exordium).

Est vero exordium duplex:

a) Exordium commune, quod fere omnibus epistolis potest convenire; e. g. inquirere de valetudine alterius, veniam scribendi rogare, repetere sententiam acceptæ epistolæ &c. Si vales, bene est, Ich habe schon lange von Ihnen nichts gehört. ꝛc.

b) Exordium proprium, quod illi tantum epistolæ convenit, quam exaramus vel scribimus; e. g. ab occasione causaque scribendi; sic frater ad te profectus me impulit ad has literas tibi mittendas &c. Utrumque tamen exordium brevissimum sit. Generatim enim virtus præcipua epistolarum est brevitas.

5) Materiæ tractatæ adnectitur conclusio (Schluß) i. e. verba, quibus finem epistolæ significamus. Conclusio plerumque continet brevem repetitionem vulgo recapitulationem rerum gravium ante dictarum; deinde votum valetudinis, commendationem nostri in futurum, vel amicorum salutationem, vel responsionis flagitationem et similia.

Nota. Ut epistolæ nomen ejus, cui scribitur, præponitur: ita postponitur ad finem nomen scribentis vel auctoris multa cum verecundiæ et venerationis significatione.

§. 6.

Stylus epistolarum familiarium his legibus restringitur:

I. Omnia sint perspicua illi, ad quem scribimus.

Nota. In Ciceronis epistolis ad Atticum multa nobis sunt obscura, sed minime Attico obscura fuerunt, utpote ad eum solum directa.

II. Stylus ne sit vulgaris seu puerilis vel incurius. Sermo quidem mox evanescit, litera vero scripta manet; sæpius potest perlegi aliisque ostendi et communicari. Deinde scribentem non deficit tempus, res verbaque recte perpendendi. Igitur plus diligentiæ in epistolis expectatur, quam in sermone cum praesentibus. Sed ornamenta tamen, oratoriæ figuræ &c. absint, nam epistola sermoni vulgari similior est, quam orationi. *)

---

*) Drei nothwendige Erforderniſſe beim Briefſchreiben: a) Daß man ſich die Perſon, an welche man ſchreibt und das Verhält=

§. 7.

Stylus epistolarum ad viros majoris ordinis.

In his requiritur:

I. Observantia titulorum his viris convenientium. In adjectivis muneris amplitudinem, generis splendorem &c. indicantibus, quæ vulgo titulum honoris, den Titel, adpellant, servanda magis est consuetudo quam elegantia styli, si hæc cum illa apte conjungi non potest. Offendimus animos hominum, si ipsis honoris titulum consuetum et solennem non tribuimus, quia cum hoc titulo junctus est honoris gradus, ordo et locus, quo in conventibus hominum fruuntur. De titulis coram.

II. Humanitas et modestia; e. g. humanius est: Quod tibi rex munus tam amplum credidit, non tam tibi, quam toti civitati vel reipublicæ gratulor, quæ quantum utilitatis ex tua prudentia et amore patriæ captura sit, animo prævideo &c.; quam simpliciter: gratulor tibi ob munus a rege acceptum. Dum de nobis loquimur et sentimus, petentes dicamus: si fieri possit, si digni simus, si nihil molestiæ creet &. Si recusamus aliquid, addamus, nos invitos facere, et cur recusare cogamur. Pro: iterum scribo ad Te comes Illustrissime, debet dici: ad Te scribere ausus sum, vel pietatis meæ esse duxi; officium postulabat; pietati meæ denegare non potui. Ich wage es an Ew. Hochgeboren zu schreiben. Im Kanzleistyl: Ich habe mich unterfangen, Hochderoselben meine unterthänigste Bitte vorzulegen.

III. Denique requiritur summa perspicuitas et summa brevitas, ne molestiam cieamus.

§. 8.

Stylus epistolarum elaboratarum.

In epistolis elaboratioribus una plerumque regnat propositio, ad quam omnes reliquæ partes referuntur, et quæ

---

niß, in dem man zu derselben steht, wohl vergegenwärtige. b) Daß man die Regeln des guten Conversations-Tons überhaupt beobachte; c) Daß man mit diesen insbesondere auch denjenigen Ton verbinde, dessen man sich bedienen würde, wenn die Person, an welche wir schreiben, gegenwärtig wäre und man mit ihr spräche. Hugo Blair bemerkt sehr richtig; Das erste und wesentliche Erforderniß ist, natürlich und kunstlos zu schreiben; denn wir suchen hier mehr als irgendwo den Menschen, nicht den Schriftsteller.

non solum illustratur sed etiam probatur similibus aliisque amplificationibus.

Hujusmodi epistolæ plerumque sunt didacticæ vel oratoriæ i. e. oratiunculæ forma epistolari præditæ; propositio enim est ejusmodi, ut per illam is, ad quem scribimus, moveatur ad aliquid faciendum vel omittendum; hinc stylus plerumque est oratorius, vel saltem accedit ad oratorium. Ad hanc classem referuntur omnes epistolæ gratulatoriæ, salutatoriæ, commendatoriæ, consolatoriæ &c.; de quibus in Part. poster. de orationis generibus.

Scriptores epistolarum eloquentiæ tyronum lectioni imprimis commendandi:

Ciceronis epistolarum ad diversos seu familiares L. XVI.; inter quas præcipue commendandæ epist. select. Lib. VI.; quibus res romanæ inde a Cæsaris morte usque ad Triumvirorum conspirationem continentur.

C. Plinii Secundi Epistolarum Libri X. — L. A. Senecæ ad Lucilium. Item epistolæ Mureti, Manutii, Erasmi &c. Gellerts Briefe nebst einer praktischen Abhandlung vom guten Geschmacke in Briefen. — Rabeners Briefe. Lange's Sammlung gelehrter und freundschaftlicher Briefe. Gleim und Jakobi. — Winkelmann's Briefe an seine Freunde. — Briefe berühmter und edler Deutschen an Bodmer von G. F. Stäudlin. — Lessings literärische, antiquarische und vertraute Briefe. — Chr. Garve's Briefe an Weiße, Zollikofer und Andere. Joh. von Müllers Briefe eines jungen Gelehrten an seinen Freund (von Bonstetten), Tübingen 1802. Gründliche Belehrung über den Briefstyl ertheilen folgende Werke: Der Wiener Sekretär von Fr. Riedel. Allgemeiner Briefsteller für Deutsche von Rumpf, Berlin. 1818. Das Concept des Lebensklugen, von Ebersberg. Wien. 1828.

De stylo historico.

Cap. II. De Narratione.

§. 9.

Definitio. Narrare dicitur, quod factum est, aliis dicere vel scribere. Narratio itaque erit sermo, exhibens, quod factum est. Factum seu id, quod factum est, (was geschah oder geschieht,) est vicissitudo in rerum natura externa; (ist eine Veränderung in der Außen- oder Sinnenwelt) e. g. Fulgurat, tonat, domus corruit, pluit, interfectus est &c.

Plerumque factum significat vicissitudines seu seriem vicissitudinum in rerum natura externa, e. g. Inundatio, incendium, pugna &c.

Nota. Sunt autem, qui ad factum quoque referunt vicissitudines sensuum vel affectuum et voluntatum e. g. Lucta (Kampf, proprie, das Ringen) affectuum diversorum; vel lucta rationis cum affectu. Sensus vehemens dicitur affectus (Gemüthsbewegung) e. g. Metus, ira, tristitia.

Passio est adpetitus vehemens et perdurans semper cum grato vel ingrato sensu conjunctus, e. g. Formido, ambitio, avaritia, ebrietas, si est perdurans (zur Gewohnheit geworden). Timiditas est adpetitus contrariæ rei, ergo adpetitus negativus. De quibus vide Proleg. P. I. suo loco.

§. 10.

Divisio factorum.

Factum aut a nostra voluntate dependet, aut non dependet; inde duplex est:

1) Factum voluntarium i. e. quod a nostra voluntate dependet, breviter: actio, res gesta, Handlung, That e. g. Furtum, cædes, ludus, ambulatio, pingere, venari &c.

2) Factum fortuitum, quod non dependet a nostra voluntate, breviter: casus, fortuna, factum, (Ereigniß, Zufall, Fall, Geschick) e. g. Eruptio montis ignivomi, inundatio, tempestas, terræ motus.

Nota. Factum majoris extensionis plerumque factis et voluntariis et fortuitis compositum est, ita tamen, ut omnes singulæ partes i. e. facta singula, ad unum finem vel attingendum vel evertendum spectent, hoc factum dicitur compositum factum.

§. 11.

Materia narrationis.

Factum constituit materiam seu argumentum narrationis. Pro diversitate materiæ narratio varia capit nomina.

a) Narratio facti veri dicitur historia, a græco verbo ἱστορέω, durch innere und äußere Sinne erkennen, d. h. sehen, erzählen, bezeugen, (Geschichte).

b) Narratio omnium factorum verorum memoratu dignorum aptoque ordine conjunctorum, vocatur historia universalis (allgemeine Weltgeschichte).

c) Narratio facti ficti, est narratio fabulosa, seu fabula.

d) Narratio facti antiquioris, quod in ore multorum est, aut veri aut falsi, quod autem documentis fide dignis caret, dicitur Mythos (Sage).

e) Narratio facti alicujus singularis memoratu dignissimi (interessant) et novi cujusdam personæ singularis plerumque præclaræ, dicitur Anecdoton, δοτος editus, ανεκδοτος non editus. (Die Anekdote hat nur einen einzelnen Umstand aus dem Leben einer, in irgend einer Hinsicht merkwürdigen oder interessanten Person darzustellen, es sey nun eine Handlung, ein Vorfall, oder eine Aeußerung.) Hoc nomine adpellavit Procopius novas et ineditas suas narrationes de Justiniano: Itali vocant has narrationes Novellen a novus. *)

f) Narratio omnium factorum memorabilium a quadam singulari persona vera per totam illius vitam susceptorum, dicitur Biographia. Omnes et singulæ proprietates biographiæ psychologice ac stylistice ordinatæ, et intime ita connexæ esse debent, ut vita cujusdam individui describendi, tanquam integrum aliquod et conjunctum totum exhibeatur. (Die Biographie hat das ganze Leben eines Menschen, mit vollständiger Entwickelung seiner Ausbildung, Wirksamkeit und Schicksale, wie auch des Einflußes auf seine nächsten und fernen Umgebungen, Angehörige und Zeitgenossen, pragmatisch und mit stylistischer Vollkommenheit darzustellen. Selbstbiographie αυτοβιογραφια ist, wenn derjenige, dessen Biographie beschrieben wird, selbst sie schreibt. Man hat Selbstbiographien von Goethe, Matthisson und Hiller; wie auch von Alfieri, von Scheffner u. A.)

§. 12.

Alia factorum divisio secundum tres primarias animi facultates.

I. Si factum refertur ad facultatem cogitandi; tum est aut verum aut falsum.

Factum fictum dicitur fabula, Fabel, erfabelt, daher die Fabelwelt, in der man sich facta selbst fingirt.

Factum fictum sit:

a) Possibile i. e. ne contradicat legibus supremis rationis e. g. Deus non potest scelestum præmio donare, vel avarus pauperibus larga dona tribuere.

---

*) Luther's „Tischreden," Nicolais „Anekdoten vom großen König" u. s. f. gehören hieher. Xenophon's „Memorabilien" und des Diogenes von Läerte „Leben der Philosophen" sind voll Anekdoten und Sprüche. Die „Attischen Nächte" von Aulus Gellius enthalten eine Menge denkwürdiger Aussprüche und witziger Einfälle ausgezeichneter Personen in Rom.

b) Sit veris factis simile, i. e. verosimile, h. e. legibus vel rationibus, quas facta vera solent servare, consentiat e. g. pugna militum volantium seu in aëre dimicantium. Possibile quidem est, sed non verosimile. Factum utpote objectum mentis sit perspicuum, sive sit verum sive fictum.

Ut factum sit perspicuum necesse est, ut eidem insit integritas.

Factum integrum est, quod habet 1) Initium, Protasim (Eingang); 2) Medium, epitasim vel implicationem seu nodum (Verwicklung, Knoten); 3) finem i. e. solutionem, catastrophen, seu exitum, (Entwicklung, Ausgang).

Initium efficiunt causæ actionis et consilia (Absichten) agentium. Medium efficiunt difficultates obstantes et lucta cum illis. Finem efficit difficultatum solutio, qua innotescit, finem vel obtentum esse, vel attingi non amplius posse.

II. Si factum refertur ad facultatem sentiendi, est aut gratum aut ingratum.

Gratum est, si gratos in nobis excitat sensus; ingratum est, si ingratos sensus in nobis excitat. Factum igitur varios sensus in nobis potest excitare e. g. exspectationem, timorem, spem, lætitiam, admirationem. Factum gratum potest ingratos sensus excitare, sed grati prævalere debent.

III. Si factum refertur ad facultatem voluntatis, factum est aut bonum aut malum.

§. 13.

A. De forma interna narrationis.

Cogitata secundaria in narratione sunt:

1. Circumstantiæ personæ, loci et temporis e. g. Cultura mentis, mores, passiones, ætas, breviter: Character personarum et conditio loci.

Quænam circumstantiæ sunt eligendæ?

Eligenda semper sunt, quæ ad rem rectius intelligendam sunt aptiora. Si adjecta sunt simul judicia de primis rei initiis, de ejus natura, causis, de moribus populi aut viris, quorum opera actio vel impedita vel perfecta est; hæc narratio dicitur pragmatica. Tales sunt narrationes Salustii, Livii, Taciti, præcipue autem Polybii, qui invenit pragmatismum.

2. Cogitata, quæ cum materia vel plane non vel non arcte conjuncta sunt, dicuntur digressiones, quæ imprimis

longiores fugiendæ sunt, quoniam auditores vel lectores a re ipsa distrahunt.

3. Digressiones didacticæ vel meditantes vulgo reflexiones philosophicæ, nisi sint breves et graves, vitandæ sunt.

4. Testimonia, quibus narratio, si opus est, vel probatur vel indubia redditur.

§. 14.

B. De externa narrationis forma, seu de expositione materiæ et cogitatuum secundariorum.
b) Quoniam personæ agentes in idyllio sunt pastores, agricolæ, venatores, piscatores; hinc omnia respondeant characteribus horum hominum; in quibus regnet simplicitas, sanum et probum judicium, hilaritas, vigor et teneritudo animi; proinde plerumque illorum actio et sermo est nativus (naiv) i. e. prodens sincerum animum (natürlich gutes Herz), et pugnans cum nostræ urbanitatis et prudentiæ legibus, imprimis, si ei inest inexpectatum percellens. Alieni sunt ab omnibus argutiis, reflexionibus universalibus, abstractis ratiociniis, lusu verborum urbano. Quam eleganter Virgilius:

Sepibus in nostris parvam te roscida mala,
Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem;

Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus,
Jam fragiles poteram a terra contingere ramos,
Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Affectus hic nonnisi placidi et tranquilli regnare possunt, ceterum aut jucundi aut inamœni.

Inducuntur homines potissimum ex antiquissima Græciæ ætate vel illa patriarcharum; nihil tamen vetat, quominus eligantur etiam e populis in societate civili ampliori jam conjunctis, dummodo a primæva vitæ simplicitate non nimis recesserint, eosque ita simplices ac liberos exhibuerit poeta, ut nec in moribus eorum, nec in vivendi ratione ac conditione mutationem per societatem civilem factam advertamus; quod egregie præstitit Geßner in der Schweizerfamilie.

Quod vero felicitatem et probam characterum indolem attinet, ea per fictionem poeticam non nihil exaltentur; tribuat poeta illis hominibus nonnulla bona, quæ progrediente cultu hominum iisdem obtigerunt; innocentiam igitur jungat cum moderamine cupidinum naturalium, probitatem cum modestia, animum officiosum cum venustate, simplicitatem cum urbanitate. Caveat tamen hac in re, ne fines verisimilitudinis transgrediatur; eruditio enim, mores, artes, et vitæ ratio, conditioni ætatis primitivæ sint attemperatæ.

§. 51.

c) Objecta poematis pastoralis seu bucolici sunt omnia illa vitæ rusticæ, quæ animos movere possunt: scenæ rusticæ felicitatis aut perturbationis, mutua amicorum studia et fratrum conatus, et ærumnæ amoris æmuli, inexpectati felices aut adversi eventus familiarum. Quodsi adhuc descriptiones, actiones, et sensationes conjunxerit poeta, inopiam varietatis facillime evitabit. *)

§. 52.

De forma idyllii externa.

Forma idylliorum triplex est: a) epica, quando solus poeta narrat aut describit; b) dramatica, quando personas loquentes agentesque inducit, quin ipse quid narret aut des-

*) Glückwünschungen insonderheit ward fortan die Idylle angemessen befunden: sie spricht so naiv, so zart und einfach! und doch enthüllt sie Alles, was unser Herz wünschet.

cribat; c) mixta, qua scriptor dramaticum et epicum modum alternat. Sic in Virg. Ecl. 2da. et 4. Alexis et Pollio, forma est epica, quia poeta ipse narrat, in Ecloga 1ma. et 5ta. Tityrus et Daphnis, forma est dramatica, quia personæ ipsæ agentes loquentesque inducuntur; et in Ecl. 6ta. Varus, forma est mixta, quia poeta jam ipse narrat, jam personas loquentes inducit.

Conati sunt nonnulli recentiorum idque non sine laude, poema bucolicum dramatis forma exhibere, ita, ut implexionem (Verwicklung), characteres et affectus, cum simplicitate et innocentia vitæ rusticæ conjungerent, quæ species drama pastorale (Schäferspiel, Schäferdrama) appellatur; tale est, e. g. Der blöde Schäfer von Gleim, Geßners Evander und Alcimna, und Erast, Guarini's „Pastor fido" &c. Ita non minus poema bucolicum in forma epica uberius et artificiosius tractatum vocant epopoeiam pastoralem (Schäferepopöe und Roman), huc pertinet e. g. Geßners »Tod Abels, Daphnis; Voß's »Luise; Goethe's« Hermann und Dorothea ꝛc.

Specialis forma hujus poematis est allegorica, qua poeta fortunam suam narraturus, formam pastoris induit seu fingit, et imaginibus e vita rustica desumtis mentem suam exponit; qua ratione commode de se, de suis amicis, benefactoribus, inimicis scite loqui, eosque laudare vel vituperare poterit. Sic Virgil. Ecl. Ima. sub Tityro ipse latet, sub Meliboeo Mantuani, Amaryllis Romam, Calathea Mantuam designat.

Partes Eclogarum totidem sunt, quot Epopoeiarum, videlicet: Exordium, invocatio, narratio, quibus interdum adjungitur epilogus. Exordium ducitur vel a re, quam poeta narrat, vel a persona poetæ, alias a loco, in quo conveniunt pastores, denique a propositione rei tractandæ. Invocatio varia pro argumenti varietate adhibetur.

Narratio vel est sermo pastorum, vel colloquium plurium pastorum, aut etiam poetæ sermo cum pastorum sermone conjunctus. Epilogus non raro additur Eclogis apud Virgilium, quo colloquium terminatur vel discessu pastorum, vel nocte interveniente. Ita Virg. Ecl. X. Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

§. 53.

Stylus hujus poematis simplicitatem et gratiam postulat; ad res et personas exactissime attemperandus est, observandumque, ut naturam elegantem et cultam pastorum

imitemur: hinc tenuis, mollis, facetus est, cultum neglectum urbanum et suavem leporem amat. Vocibus utitur vulgaribus notisque, sed puris tamen et decoris. Subinde etiam insolita utitur dicendi ratione, et figuras leves adspergit. Respuit, nisi poeta omnia loquitur, quæ artem aut eruditionem sapiunt, in quo nonnunquam culpatur Virgilius, nimis doctos et acutos fingens pastores e. g.

At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam et rapidum Cretæ veniemus Oaxem.
Ecl. 1. 65.

Amat præterea similitudines, imagines, comparationes, a rebus agrestibus ductas e. g.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram: sic parvis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
Ecl. 1. 23.

Exigit descriptiones agrestes, sententias et adagia e vulgari consuetudine deducta e. g. Jungat vulpes, et mulgeat hircos. Latet anguis in herba.

§. 54.

B. De Idyllio urbano, die Idylle der Bildung.

1. Idyllium plerumque nominant urbanum, in quo personæ agentes altiori jam mentis et animi cultura sunt præditæ; nomenque deducendum est, non quod scena est in urbibus, sed quod personæ ipsæ urbanitatem præ se ferunt.

2. Alii rem aliter nec minus recte definiunt. Quamquam enim ætas aurea humani generis longe jam effluxerat, tamen eamdem aliquando reversuram speramus. Tunc vero homines præstantissima mentis cultura præditi erunt. Hujusmodi autem homines beatissimos simul ac cultissimos effingere, agentesque in idylliis depingere, nemo adhuc poetarum ausus esse videtur.

Versus poemati pastorali proprius apud Græcos et Romanos est hexameter, apud Germanos hexameter et jambus. Scribuntur etiam idyllia sermone soluto.

Scriptores idyllii:

Apud Græcos in hoc genere poeseos palmam fert Theocritus et Bion; apud Romanos Virgilius Theocritum est imitatus et assecutus; apud Germanos: Geßner, Voß, Kleist, Schmidt, Blum, Bronner ꝛc.

Caput VI. De Epigrammate.

§. 55.

Epigramma ex vi nominis, επιγραφειν inscribere, est inscriptio, quo nomine olim promiscue vocabatur, quidquid trophaeis, statuis, templis, domibus, pontibus, theatris, aliisque ædibus publicis scriptum affigebatur; deinceps vero ad plurima et diversissima denominanda, quæ brevi metro comprehendebantur, hujus vocis significatus extensus est. Huc itaque omnes metricæ inscriptiones, epitaphia revocari possunt. (Kenotaphium a græco κενος est inscriptio honorario sepulchro adjecta.)

Hujusmodi inscriptiones exigunt stylum brevissimum et gravissimum, qui dicitur stylus lapidarius; e. g. γνωθι σεαυτον; medicina mentis, inscriptio in aliqua bibliotheca; in ponte ferreo in Anglia: Vulcanus Neptuno; item ossa Tassi. Inscriptio cujusdam horti: Præter omnes hic mihi ridet terrarum angulus; vel sint tibi mille oculi! sit tibi nulla manus. In Berlin auf dem Invalidenhaus: Læso, sed invicto militi. In theatro: Musis et patriæ. Consecratio legitur ferme apud Romanos. D. M. diis manibus; vel D. M. S. Diis Manibus sacrum. Res gestæ fere casu ablativo scribuntur, e. g. Prostratis Hostibus Conciliata Pace &c.

Εκ ζωης μεθεοι θευξαν
λιθον. Ἐκ δε λιθοιο
Ζωης Πραξιτελης εμπαλιν
ειργασατο *)

Eine der schönsten, einfachsten und rührendsten Grabmal-Inschriften scheint mir die lateinische zu seyn, welche der englische Dichter Shenstone auf den Leichenstein der Miß Dolmann, seiner Verwandten, eines jungen, reizenden Mädchens eingraben ließ.

Auf der einen Seite die wenigen Worte:

Peramabili suæ consobrinæ

Miss Dolmann.

---

*) Es ist die Aufschrift auf die Statue der Niobe von Praxiteles. Griech. Anthol. Etwas mehr ist folgendes:

Δουλος Επικτητος γενομεν, και σωματι πηρος,
Και πενιην Ἰρος, και φιλος Ἀθανατοις.

Auf der andern:

Ah Maria
Puellarum Elegantissima,
Ah flore venustatis Abrepta,
Vale!
Heu quanto minus est
Cum reliquis versari
Quam Tui
Meminisse!

* * *

§. 56.

Sensu latissimo definitur epigramma, quod sit poema, quo cogitatus insignis (hervorstechend) brevissima ac maxime sensili ratione exhibetur. Epigramma poeticum vel simplex epigramma, est materia poetica paucis verbis expressa. *)

Est vero tale epigramma pro diversa materia vel

a) didacticum, quod docendo delectat; e. g.

Du willst Wahres mich lehren? Bemühe dich nicht! Nicht die Sache
Will ich durch dich, ich will dich durch die Sache nur sehn.
Schiller.

Item. Immer strebe zum Ganzen! und kannst du selber kein Ganzes
Werden, als dienendes Glied schließ' an ein Ganzes dich an.
Idem.

b) vel est allegoricum, tractans materiam fabulæ; e. g.

Der Ulmbaum.
Mich den erstorbenen Ulm, umkleidet itzo die grüne
Rebe, die ich erzog, als ich noch grünte wie sie.
Itzt leiht sie mir Blätter. O Wanderer, thue dem Freunde
Gutes, es lohnt dich einst noch in dem Grabe mit Dank.

c) vel est satyricum, cujus materia est, quod vitia et scelera mordet et deridet; e. g.

War es immer, wie jetzt? Ich kann das Geschlecht nicht begreifen.
Nur das Alter ist jung, ach! und die Jugend ist alt.

---

*) In der Poesie, insbesondere der Neuern, ist Epigramm die poetische Darstellung eines frappanten Gedanken mit überraschender Wendung. Dies zeigt auch die deutsche Benennung Sinngedicht an.

d) vel est lyricum, quod sensus pectoris, (das Gefühl des Herzens oder Brust) exprimit; e. g.

Holde Vergessenheit du, und du des Guten Erinn'rung!
Liebliche Schwestern, o macht beide das Leben mir süß!
Du verdunkle das Böse mit deinem verhüllenden Schleyer,
Du erneure das Glück mir mit verdoppelter Lust!

e) vel est idyllicum, in quo, sicut artis objecta, ita etiam illa naturæ, in summa eorumdem vi animo mentique admoventur, uti amor, amœnæ regiones et alia; e. g. Auf eine schöne Gegend, in der Pans Bildniß stand — Griech. Antholog. VII. B:

Schweige du Eichenhain! Ihr Quellen unter den Felsen
Murmelt leiser, und ihr Hirten und Heerden schweigt
Vor der Säule des Pans, der hier aus künstlicher Flöte
Süße Gesänge lockt, locket den Schlummer herbei,
Und rings um ihn schwebt der Nymphen und Hamadryaden,
Und der Najaden Chor in den frohlockenden Tanz.

f) vel est historicum, in quo doctrina infertur ex eventu rariore epigrammatice narrato, breviter tamen et amœne ad animum afficiendum; e. g. Die belohnte Wohlthat. Anthol. V. B.

Hier zog einst ein Fischer mit seinem Hamen ein Haupt auf,
Schon der Haare beraubt, eines Ertrunkenen Haupt.
Und mitleidig grub er mit eigenen Händen ein Grab ihm
Ohne Grabschrift: Tief gräbt er dem Armen das Grab:
Siehe, da glänzt Gold, ein vergrabener Schatz, ihm entgegen. —
Sey mitleidig, o Mensch, Gutes wird immer belohnt.

g) vel est describens, quo poeta momentum certum cujusdam affectus vel situs, quod artifex in statua vel effigie spectabat, indicat, singulas totius partes perlustrans, vel ex omnibus supremum tantum exhibens momentum; e. g. Der leidende Philoktet. Anthol. VIII. B.

Ja, ich kenne dich Armer, dem ersten Blicke verräthst du,
Leidender Philoktet, deinen inwendigen Schmerz.
Wie sich das Haar ihm sträubt! Wie von der Scheitel die Locke
Wilde verwirret fällt! auch in der Farbe noch wild.
Und voll Furchen des Grams umkleidet dürre die Haut ihn,
Trockner, als fühltest du selber im Blicke sie hart.
Sieh, und im düstern Auge, da hangen geronnene Thränen
Starrend, sie zeigen ach! — seinen unendlichen Schmerz.

h) vel denique epigramma argutiosum seu compositum, ad quod etiam epigramma satyrico-comicum referri potest, est epigramma, quod nos per ridiculum vel per acumen

ingenii, vel per aliud quidpiam inexpectatum percellit et retinet.

Constat plerumque duabus partibus:

1mo. Expositione, quæ res conferendas vel secernendas exhibet, vel expectationem et suspensionem excitat;

2do. Clausula, quæ argutiam addit, vel expectationem insolite solvit, e. g.

Expositio. Cum sitis similes, paresque vita;
Uxor pessima, pessimus maritus;
Solut. Miror, non bene convenire vobis.
Martial.

Expositio. Zum Sternenzelte bring o Lied!
So sang der Dichter Fladen.
Clausula. Ich fand vorlängst das Lied
In einem Pfeffer-Laden.

Nota. Argutia, quæ solum verbis versatur, est lusus verborum (Wortspiel) et minoris momenti.

Virtutes epigrammatis his versibus comprehenduntur:

Omne epigramma sit instar apis, sit aculeus illi,
Sint sua mella, sit et corporis exigui.

Der Biene gleicht das Sinngedicht;
So klein, so ämsig und behende,
Und fruchtreich ist's wie sie, und sticht,
Und findet mit dem Stich sein Ende.

1. Insit igitur epigrammati acumen, vel aliquid percellens;
2. Retineat nos, adsit delectatio;
3. Utatur paucis verbis, adsit brevitas.

Erunt igitur virtutes seu dotes tres attendendæ: Suavitas seu venustas, brevitas et argutia, quibus accedit unitas, ut omnia uno quasi intuitu complecti valeamus.

a) Suavitas, non tantum ex carminis mollitie, sed præsertim ex cogitandi simplicitate naturali oriatur.

b) Brevitas, nequaquam certo numero versuum definiri potest, sed obtinetur, si prolixiores evagationes a themate, periphrases et hujusmodi omittantur. Hinc eleganter Martial. Lib. II. 77.

Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis;
Sed tu Cosconi, disticha longa facis.

c) Argutia seu acumen, quatenus per illud cogitatus ille intelligitur, cujus gratia reliqui adferuntur, ad excitandam suspensionem, inter quos in fine carminis cogitatus ille eminet, est anima et quasi forma epigrammatis; prop-

ter quam epigramma nunc pugioni, quo punctim feritur hostis, nunc scorpioni, qui cauda icit, modo piperi, quod linguam mordet, modo felli, quod amarissimum est, comparatur. Tota autem vis argutiarum nonnisi in extremo disticho vel versu exeri solet.

Bald ist das Epigramm ein Pfeil,
Trifft's mit der Spitze,
Und bald ein Schwert,
Trifft's mit der Schärfe,
Bald ist es auch, (die Griechen liebten's so)
Ein klein Gemäld', ein Strahl, ein Blitz gesammt,
Zum Brennen nicht, nur zum Erleuchten.

Klopstock.

Non tamen semper necessario in epigrammate acumen requiritur, quatenus per illud intelligitur lusus ingenii, lusus in cogitationibus aut verbis, quod subinde a poetis variis obtinetur modis e. g.

a) Repugnantia eadem de re affirmando. Mart. VII. 72.

Esquiliis domus est, domus est in colle Dianæ,
Et tua patricius culmina vicus habet:
Hinc viduæ Cybeles, illinc sacrariæ Vestæ,
Inde novum, veterem prospicis inde Jovem.
Dic, ubi conveniam? dic qua te parte requiram:
Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat.

Item illud L. I. 40.

Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus;
Quod vespillo facit, fecerat et medicus.

b) Separando quædam, quæ rei convenire videntur. Sic Mart. XII. 29.

Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit unquam:
A cœna semper retulit Hermogenes.

c) Comparando inexpectata, insolita aut solutione inexpectata. Sic Martial. V. 69.

Pro meritis cœlum tantis Auguste dederunt
Alcidæ cito Di, sed tibi sero dabunt.

d) Lusu in verbis, qui non sit frigidus, levis, aut plane ineptus. Ita Martial. in oratorem ineptum.

Quis neget orando populum te, Flacce, movere,
Orantem quando concio tota fugit.

Epigrammatum scriptores sunt:

Græcorum scriptorum epigrammata in anthologia græca continentur. Romanorum sunt: Martialis, Catullus, Au-

sonius, Ovenus. Germanorum: Opitz, Olearius, Logau, Wernike, v. Hagedorn, Ewald, Kästner, Lessing, v. Kleist, Göckingk, Kretschmann, Voß, Hensler, Kuh, v. Goethe, Schiller, v. Brinkmann. Die vollständigste Sammlung: Epigrammatische Anthologie ist von Haug und Weisser, Zürch 1809.

§. 57.

Aenigma est brevis allegorica circumscriptio cujusdam objecti, qua id ex datis notis symbolicis solvitur. Sunt plures species:

Charada (Silbenräthsel), in qua singulæ voces et dein totum certis notis describitur, ut exinde ipsius objectum tectum solvatur.

Logogryph est proprie series ænigmatum, quæ omnia ad unum principale verbum referuntur, cujus singulæ syllabæ et literæ diversimode transpositæ, alia formant vocabula, quæ inde invenienda et solvenda sunt.

Anagrama, in quo literæ unius aut plurium vocabulorum ita transponuntur, ut inde diversum semper habeant significatum e. g. Lust, Last, List; Sarg, Gras. In omnibus, cum sint lusus acuminis ingenii, regnet brevitas, simplicitas et unitas z. B.

Mich hat die Klugheit einst geboren,
Und ich gebar die Sicherheit;
Doch meine Tochter ist verloren,
Wenn das Verbrechen mich zu seinem Dienst entweiht,
Vom Geize werd' ich hochgeschätzt; —
Selbst Leser, du bedarfst mich jetzt.

Langbein.

Caput VII. De Satyra.

§. 58.

Origo Satyræ alia apud Græcos, apud Latinos alia reperitur.

Antiquis Atheniensibus per pagos adhuc dispersis in more positum fuit, ut soluti ab operibus rusticis conviciis primum jocularibus, tum scommatis etiam in obvios quosque effusis sibi indulgerent.

Licentia hæc postea ad sacrificiorum lætitiam, inde ad Comœdiam antiquam transiit, postremo fabulam propriam satyricam excogitaverunt, semper in theatro exhibitam,

dictis factisque jocularibus refertam. Ad Romanos per Hetruscos ludiones Satyra pervenit; et quoniam neque rerum ordine aut delectu, neque certa orationis forma prædita erat, Satyram a Satura, quæ Romanis erat lanx, seu patina multis variisque cibis impleta, seu potius, quæ corbem diversorum fructuum ad sacrificium deportatorum plenum denotabat, dixerunt. Alii a Diis Satyris, Faunis vel Silenis nomen deducunt, quos deos finxit superstitio semihomines et semicapros, quique a Livio Andronico Comœdo Romano in repræsentationum fine aut principio adhibebantur, sæpe etiam medio dramatum immissi.

Sub Ennio et Pacuvio Livii successoribus Satyra nomen recepit ex diversissimo carminum genere. Ennius enim ad suas satyras conscribendas modo soluta, modo ligata dictione et quidem vel metro heroico vel jambico usus est. Tandem Lucilius Satyram non a scenis modo, sed a personis etiam nominatim reprehendendis avocavit, et ad vitiorum humanorum vituperationes versu hexametro scribendas transtulit. Hinc Satyra jam non a forma, sed a rerum diversitate appellata est; servitque defectibus levioribus ope ridiculi castigandis, et vitiis gravioribus acrius puniendis.

Recensitas Satyræ vices describit Horat. II. Epist. I.

Agricolæ prisci, fortes parvoque beati,
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus, et ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum, et pueris, et conjuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus et vino genium memorem brevis ævi.
Fescennina per hunc inventa licentia morem
Versibus alternis, opprobria rustica fudit;
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter, donec jam sævus apertam
In rabiem verti cœpit jocus, et per honestas
Ire minax impune domos. Doluere cruento
Dente lacessiti. Fuit intactis quoque cura
Conditione super communi. Quin etiam lex,
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
Describi. Vertere modum formidine fasti,
Ad bene dicendum, delectandumque redactis
Græcia capta ferum victorem cepit, et artes
Intulit agresti Latio. Sic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, et grave virus
Munditiæ pepulere.

§. 59.

Definitur igitur Satyra carmen, quo scelera hominum et vitia, quatenus damnosa sunt aut ridicula, depinguntur hoc consilio, ut illa plectantur et in odium adducantur, hæc risui et ludibrio exponantur, atque ita corrigantur.

Jam ex definitione sequitur quoque satyrarum divisio in satyram: 1) quæ scelera et vitia hominum plectit (züchtiget), turpem ac detestabilem eorum speciem depingit, eaque castigat;

2) quæ vitia et quidquid in morem vel decorum peccatur, deridet. *)

Prima dicitur tragica seu severa (die strafende Satyre) etiam Juvenalis, cujus generis sunt ejusdem satyræ. Ejus materia sunt peccata graviora e. g. proditio, crudelitas, cædes, calumnia, imperium tyrannicum &c. Iis sceleribus ridiculum non convenit, his debet esse impressus horror et detestatio. Imo congruit ejusmodi vitiis conquestio, et acrimonia Juvenalis. — Altera nominatur satyra comica seu Horatiana (quia hujus generis pleræque sunt Horatii, die lachende Satyre), quæ tractat vitia leviora, et quidquid in morem vel decorum peccatur, festive ac salse describit et ridet. Felicius enim risu et dissimulatione, quam ira et objurgatione vitia hominum corriguntur; homini quippe præsertim honorato irrisiones contemtum quemdam tacite testantes profundius in mentem descendunt, cum interim opprobria aperta indignationem, inimicitias, ulciscendi desiderium non raro gignere consueverunt.

Quare et ratio et experientia comprobat illud Horatii L. I. Sat. 10.

— — — — — Ridiculum acri
Fortius et melius magnas plerumque secat res.

Objectio. Sceleribus et vitiis quamvis poetice depictis, non delectamur; satyra ergo non est carmen. Præterea si in odium ducantur (wenn sie Haß erregen sollen), locus delectationi denegatur; et finis deinde illius est, mores corrigere.

---

*) Gleichwie es zweierlei Laster gibt, größere und geringe; so gibt es auch zwei Gattungen von Satyren. Die eine trägt die Farbe der Tragödie. Grande Sophocleo carmen bacchatur hiatu; dieß ist die Satyre des Juvenals. Die andere ist Horazens Satyre, die die Farbe der Komödie trägt: admissus circum præcordia ludit. —

Refutatio. Hinc quoque plurima, quæ nomine satyrarum occurrunt, neque satyræ, neque carmina haberi possunt. Attamen satyra poetica non solum scelera et vitia vivide et hyperbolice describit, sed etiam summam semper seu idealem virtutem vel probitatem cum sceleribus conflictantem (die im Streite, Contrast steht) et vincentem oculis spectandam subjicit, qua ex collatione summam cujusvis animi culti delectationem, quamvis cum ingratis sensibus mixtam, sequi necesse est. Hac consideratione ergo Satyra etiam ad genus didacticum referri potest, si ejus finis est docere.

§. 60.

Finis igitur Satyræ primarius est, morum probitatem vel urbanitatem et humanitatem i. e. virtutis amorem ex oppositione et odio scelerum et vitiorum spectandum exhibere. *)

Adspectus autem virtutis summæ seu idealis a) non solum delectationem animo adfert, sed etiam b) ad hanc bonitatem amplectendam allicit i. e. mores corrigit; hinc alter Satyræ finis recte dicitur esse, mores corrigere seu emendare; seu ut habet proverbium: Ridendo dicere verum.

Ad hunc finem tendit Satyra:

1. Scelera castigando, i. e. turpem eorum faciem in lucem proferendo et contemtui exponendo. Hæc castigatio summam semper petit gravitatem cum ingenio et acumine conjunctam, quod metaphorice dicitur fel vel flagrum.
2. Vitia deridendo i. e. vitia utpote ridicula exponendo.

Ridiculum (Lächerliche τὸ γελοιον) est quidpiam ineptum rationi repugnans, nos percellens, sed non dolendum. Oder nach Aristoteles: Das Lächerliche ist, was aus einer unschädlichen Ungereimtheit entsteht, also was Widersprüche in sich offenbaret; e. g. si quis dormienti colaphum infringeret, ne musca dormientem, cujus genis insidebat, expergefaciat, ridemus. Wenn Sancho Pansa eine Nacht hindurch sich über

---

*) Man hat die Satyre ganz richtig eine indirecte Darstellung des Ideals der Menschheit genannt, indem der satyrische Dichter, wenn er sein Werk auf den rechten Höhenpunkt stellen will, stets das Ideal moralischer Vollkommenheit zum Maßstabe nehmen, und hiernach die zahllosen Unvollkommenheiten der moralischen Welt im Contraste zeigen muß, wodurch er sich in der heftigen Satyre dem Erhabenen, in der scherzhaften dem Schönen nähert. Humanit. Bibl. phil. Abth. 2. B. S. 198.

einen seichten Graben in der Schwebe erhielt, weil er voraussetzte, ein Abgrund gaffe unter ihm.

Attamen omne fere ridiculum, uti sublime non tam in objecto quam in subjecto situm est. (Wenn ein Geck klug, ein Furchtsamer beherzt, eine häßliche Alte schön und jung, ein Unwissender gelehrt thut, und dergleichen: so fallen sie völlig ins Lächerliche.) Plura de ridiculo in Comœdia suo loco.

Refutatio. Ridiculum in se, quoniam rationi repugnat, pulchrum esse quidem nequit, attamen ex ridiculo potest oriri pulchrum. Nemo enim ridet, nisi qui rectum, cui ridiculum repugnat, satis et perfecte intelligit; oritur itaque ex ridiculo notio vivida *τῦ* recti, cui repugnatur. Hinc bruta neque rident neque ridentur.

(Dantur quidem bruta, quæ, dum actiones humanis propius accedentes edunt, ut: simiæ, canes, capræ &c. ridentur.)

§. 61.

Ridiculum, quod in Satyra comica cum ingenio et acumine vivide profertur, metaphorice nominatur acrimonia, sales (Schärfe). Nullum vero ridiculum est dulcius, quam quod inopinatum ac quasi præter consilium poetæ enascitur, quodque simplex et plane nativum est, ut Horat. Ego si risi, quod ineptus Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Et quum se facit a patre suo moneri: Nonne vides, Albi, ut male vivat filius.

Auch ist kein Thier an Freunden und Bekannten
So reich, als du es bist;
Obgleich von deinen Brüdern und Verwandten
Nicht jeder Disteln frißt.
Und singst du gleich nicht so, wie Nachtigallen,
So ist doch laut dein Ton;
Drum braucht man auf dem Weg des Ruhms vor allen
Dich zum Postillon.
Du bist mit deinen Disteln hier zufrieden,
Die dir dein Fleiß gewinnt;
Und mancher ach, frißt Ananas hienieden,
Der Disteln nicht verdient.

Blumauer's Lob des Esels.

Salsius est, quum poeta carpit vitia, quasi ea probet ac laudet, e. g.

Ambubajarum collegia, pharmacopolæ
Mendici, mimæ, balatrones; hoc genus omne
Moestum, ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.

Quippe benignus erat. Contra hic ne prodigus esse
Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo duramque famem depellere possit.

Horat. L. I. Sat. 2.

Schreib' auch und mehr als sie, weil alles schreiben will.
Wähl' dir ein Muster aus, verläugne Deutschlands Sitten,
Gebier Hexameter, und plündere die Britten.
Kann denn wohl ein Journal dem Lobe widerstehn?
Ein Modetitel noch! so ist das Werk geschehn.
Empfindungen, Bardiet, Theater, Reverien,
Fragment, Bibliothek, Einfälle, Rhapsodien,
Musäum, Wälder, Brief, Anthologie, Versuch,
Aus diesen nimm ein Wort, und setz' es vor dein Buch,
Wenn dann vor seiner Stirn ein englisch Motto schmettert,
So wird dein Werk verlegt, bezahlt, gekauft, vergöttert.

Michaelis II.

At hujusmodi sales et aculei rariores sint; ille, qui in satyra dominatur, est lepos quidam et sermonis jucunditas, petita e narratiunculis, fabellis et præsertim ex vividis morum et affectuum descriptionibus, maxime quum ipsi vitiosi inducuntur agentes aut loquentes; ita Horat. L. I. Sat. 1.

O fortunati mercatores, gravis annis
Miles ait, multo jam fractus membra labore;
Contra mercator, navim jactantibus Austris,
Militia est potior, quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat juris legumque peritus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

Imo, quo magis sapiant joci, sunt etiam seria admiscenda; ita Horat. L. I. 10.

Et sermone opus est modo tristi, sæpe jocoso,
Defendente vicem modo rhetoris atque poetæ;
Interdum urbani parcentis viribus atque
Extenuantis eas consulto.

§. 62.

Cum inter scelera et vitia moralia hominum ea præcipuam Satyræ materiam præbent, quæ, non ut singulis insunt, sed ut a singularibus personis separata, i. e. in societate humana, aut in certa civitate, certa hominum ætate aut ordine dominantur, reprehensione aut risu digna

apparent; *) hinc in materia eligenda satyrarum scriptor sequentes regulas observet:

1. Ne insectando vitia et stultitias homines ipsos viventes adgrediatur, vel rectius personas nominatas, ut monet Martialis:

> Hunc servare modum nostri didicere libelli;
> Parcere personis, dicere de vitiis.

Quare characteres in satyra descripti e. g. avari, ambitiosi, adulatoris, a pluribus singulis deducti sint, non autem singulos homines exhibeant. Sermo (sive metricus, sive prosaicus), qui vehementer et cum poetica fictione homines ipsos viventes nominatos carpit, nuncupari solet: libellus contumeliosus seu carmen probrosum (Schmähschrift oder Spottschrift) vulgo pasquillum, ab italico pasquino nomine sutoris satyrici, deinde simulacri gladiatoris in domo illius inversi et erecti.

Ratio hujus regulæ est: Poetam oportet vitia usque adeo augere, ut eorum discrepantia cum virtute (Contrast) clarissime eluceat. Habet proinde metaphoras familiares, et hyperbolas ad risum compositas amare solet. Quodsi igitur poetæ fictio jam personas veras adgrederetur, contumelia esset.

---

*) Man kann überhaupt sagen, die Satyre, insofern sie als ein Werk des Geschmackes betrachtet wird, sei ein Werk, darin Thorheiten, Laster, Vorurtheile, Mißbräuche und andere der Gesellschaft, darin wir leben, nachtheilige, in einer verkehrten Art zu denken oder zu empfinden, gegründete Dinge, auf eine ernsthafte oder spöttische Weise, aber mit belustigendem Witz und Laune gerügt, und den Menschen zu ihrer Beschämung und in der Absicht sie zu bessern, vorgehalten werden. Moliere's Tartüffe, Cervante's Don Quixote, Swifft's Mährchen von der Tonne u. a. sind wahre Satyren; indessen hat der Gebrauch es eingeführt, daß man den Tartüffe eine Comödie, den Don Quixote einen Roman und andere Satyren nach ihrer Form und nicht nach ihrem Inhalte nennt. Hier merken wir zuvörderst an, daß ihr Stoff eine herrschende Abweichung von Vernunft, Geschmack, Tugend, von guter Lebensart, oder endlich von anständigen Sitten sei, die zugleich Wichtigkeit genug habe, um öffentlich gerügt zu werden, damit die Menschen davon verwahrt, oder die, welche davon angesteckt sind, davon abgebracht werden. Wir fodern, daß diese Abweichungen herrschend seien; denn ein einziges oder selten wiederkommendes Versehen gegen Vernunft, Geschmack, Sitten u. s. f. sind keine Veranlassung, eine Satyre dagegen zu schreiben. Aber ein eingewurzeltes Uebel, oder ein solches, das überhand zu nehmen drohet, ist dieser Bemühung werth. — Sulzers allg. Theor. 4. B. —

2. Eadem de causa devitet scriptor depingere vitia corporis cujusdam viventis aut animi naturalia, v. g. stupiditatem mentis, aut aliquam corporis deformitatem, quæ carpere aut ridere, quoniam corrigi nequeunt, et inhumanum et inutile profecto esset.

3. Ne vitia et scelera ita augeat, ut omnem verisimilitudinem migrare (transcendere) videantur.

4. Ne tractet vitia omnino turpia, quibus aures ingenuæ offendantur; oritur inde indignatio, aversatio et tædium.

§. 63.

Forma Satyræ diversissima est pro materiæ ratione et arbitrio poetæ; ferme autem narrandi modo utuntur poetæ vel simplici vel mixto; modo per narrationes, per fabellas, per dialogos, descriptiones, imo etiam per epistolam; inde oriuntur narrationes satyricæ, epistolæ satyricæ, comœdiæ satyricæ. Simplex narrandi modus est, cum poeta aut ex persona sua, aut ex persona alterius cujusdam narrare et exponere incipit res, quas tractandas suscepit.

Talis est Satyra Ima. Juvenalis, quæ e persona poetæ loquitur; Persii Sat. Ima. quæ nominibus caret, et Horatii L. II. 3. quæ sub nominibus Damasippi et Stertini narrat ac philosophatur.

Mistus narrandi modus fere est acrior elegantiorque, cum poeta sermocinantes colloquentesque modo aperte, modo tacite et inderecte inducit; quo narrationis modo ingeniosæ responsiones, objectiones, interpretationes, imo præcepta morum eleganter satyræ inferuntur. Qua venustate admirabiles plane complures sunt Horatii satyræ e. g. L. I. 9. Ibam forte via sacra &c.

Cæterum satyræ in serie rerum dicendarum nulla lege, nullo tenentur ordine. Vix unquam legitimum exordium reperitur, sed plerumque mentis impetu ordiuntur; adeoque etiam nullus iisdem epilogus. Digressiones longæ et liberrimæ tum in affinia, tum in disparata argumenta iis sunt familiarissimæ.

§. 64.

Stylus alius est in satyra tragica, in comica alius. In satyra tragica stylus est plerumque medius poeticus, sæpe sublimis. In satyra comica est simplex poeticus, sed imprimis nativus i. e. minime artificiosus et adfectatus, neque etiam ad humilitatem vilescat, sed sermonis quotidiani quamdam habeat speciem. Amat epitheta salsa et ridicula e. g.

latrante stomacho, plorante gula. Proverbiis aut locutionibus proverbialibus ex usu sæpe vulgari petitis oblectatur; e. g. Opinor omnibus et lippis et tonsoribus notum esse; albæ gallinæ filius, p. feliciter natus.

Scriptores Satyrarum principes apud Romanos sunt: Horatius, A. Persius Flaccus fortior calidiorque, sed obscurus et implicatus. D. J. Juvenalis ardens, furens, felle ac prope veneno fluens, plenusque est allusionibus. Apud Germanos: von Haller schrieb juvenalisch; Rabener meist witzige Prosa; Michaelis, Falk, Fridrich. Unter den Engländern: Swifft, Pope. —

Caput VIII. De Carmine didactico.

§. 65.

Carmen didacticum est carmen, cujus finis primarius est docere, quod itaque docendo delectat; in sensu eminenti vero est carmen didacticum, cujus materia sunt veritates tum theoreticæ, tum practicæ ad excitandos humanos sensus e. g. Virgilii Georgica; item præcepta theoretica artium, philosophiæ; præcepta morum. Omnes autem veritates haud poetice tractari possunt e. g. Arithmeticæ, Grammaticæ, Logicæ, Geometricæ, Mathematicæ &c.

Poetice tractari seu materia carminis esse possunt veritates, quæ sequentibus conditionibus respondent:

a) Quæ omnes lectores alliciant ac retineant (interessiren), quasque omnes facile intelligere possint ac debeant; e. g. Immortalitas animi, virtus summum bonum; mundus sapientissime institutus; Cœlum, mundus naturarum altiori vitæ conditione præditarum. Quod abunde probat Wieland's Musarion, Young's Nachtgedanken, Tiedge's Urania, Racine's Religion.

b) Quæ phantasiæ possint exhiberi *), quod fieri potest per allegoriam, per metaphoram, per tropos majoris ordinis, per graphicam descriptionem, per figuras, e. g. scenæ (Schilderungen) e vita futura vel divina depromtæ. Z. B. der glühende Sturm des Bösewichts im andern Leben. Vel etiam veritates artis poeticæ.

c) Quæ ad nostram sentiendi facultatem referri possunt, i. e. ex quibus sensus varii et vehementes oriuntur, vel qui-

---

*) Der Stoff der didaktischen Poesie muß, wenn er gleich dem Verstande oder der Erfahrung angehört, doch immer so beschaffen seyn, das er Phantasie und Gefühl anspricht, und einer poetischen Darstellung fähig ist.

buscum animi motus conjuncti esse solent; e. g. veritates, quas doctrina religionis docet.

Exinde quoque innotescit, quomodo hæ veritates tractandæ sint, nempe:

Ad a) cum summa perspicuitate. (Contra hanc conditionem peccat Tiedge's Urania in nonnullis.) Huic virtuti obstat mysticismus. Est vero mysticismus tropica rei tractatio, quæ quidem graves veritates summosque sensus adfectat, qui autem clare cognosci nequeunt. Dicunt etiam mysticismum tumidam quamdam et obscuram grandiloquentiam (Großsprecherei), quæ sæpe altissimam sapientiam adfectat simulatque.

Ad b) summa cum vivacitate seu vigore exponatur, cui obstat: 1) ariditas styli, quæ nonnisi mentem adficit, non vero animum (Herz). 2) verbositas (Wortkram); 3) prolixitas; 4) pleonasmus, 5) makrologia. (Contra vivacitatem peccat sæpe Lichtwer.)

Ad c) æsthetice seu pathetice (mit Empfindung) exhibeantur; huic obstat frigidus stylus.

In genere itaque stylus carminis didactici est medius, sæpe sublimis poeticus (verlangt lyrische Hochheit), qui pro varietate characterum et situum loquentium personarum dirigitur.

§. 66.

Divisio carminis didactici.

a) Aliud est carmen didacticum, quod veritates varias et diversas nonnisi vinculo quodam historico vel descriptivo, vel lyrico conjunctas exponit; e. g. Schiller's Spaziergang (ein musterhaftes Gedicht); hic veritates descriptivo vinculo conjunctæ sunt. Kleist's Frühling ist lyrisch.

b) Aliud est, quod veritates ejusdem generis per se ipsas conjunctas exhibet; e. g. Virgilii Georgicon, quod præcepta de re rustica, et quidem arationem, arborum, vitium et imprimis olearum culturam, deinde pastionem et mellificium (Honigbau) complectitur.

Alia carminis didactici divisio est: a) in philosophicum vel morale et religiosum, quod præcepta morum aut aliarum veritatum principia exponit; ut sunt plura de Pope, Haller, Withof; item Tiedge's Urania, Young's Nachtgedanken; b) scientificum, uti Lucretii de rerum natura, Arati Astronomicon, Polignac's Anti-Lucretius; Thomson's Gedicht: die Krankheit &c.

c) physicum, quod naturæ ejusque phœnomenorum explicationem continet, ut Neubek's Gesundbrunnen; d) artisticum et technicum, ut Virgil. Georgicon; Horat. ars poetica, Schreiber's Harmonia.

Versus carmini didactico proprius est hexameter, apud Germanos potest esse jambus vel hexameter.

Scriptores carminis didactici sunt, apud Græcos: Pythagoras, Solon, Theognis, Hesiodus, Empedocles, Aratus. Apud Romanos: Horatius, Virgilius, Lucretius, Lucilius, Publ. Syrus, Dionysius Cato, Columella, et alii. Apud Germanos: Opitz, von Haller, von Hagedorn, Gellert, von Cronegk, Wieland, Gleim, Dusch, Uz, Tiedge, von Creuz, Kästner, Lessing, Lichtwer, Zachariä, Neubek, Withof, Manso, Spalding, u. a. m.

Als Belege zur Theorie folgen hier einige Parthien aus didaktischen Gedichten:

Aus Hesiod's Hauslehren.

Vor die Trefflichkeit setzten den Schweiß die unsterblichen Götter.
Lang auch windet und steil die Bahn zur Tugend sich aufwärts,
Und sehr rauh im Beginn; doch wenn du zur Höhe gelangt bist,
Leicht dann wird sie hinfort und bequem, wie schwer sie zuvor war. —
Der ist gut vor Allen, der selbst jedwedes erkennet,
Sinnend im Geist, was künftig ihm Besserung schaffe zum End' aus.
Gut ist jener zunächst, der den wohl Zuredenden anhört;
Wer jedoch nicht selber erkennt, noch des Anderen Rede
Sich in das Herz einprägt, der Mann ist nichtig und unnütz. —
Der ist Göttern verhaßt und Sterblichen, welcher ohn' Arbeit
Fortlebt, gleich an Muthe den ungewaffneten Drohnen,
Die der emsigen Bienen Gewirk aufzehren in Trägheit,
Nur Mitesser. Doch dir sei erwünscht die gemessene Arbeit,
Daß mit reifem Ertrage sich dir anfüllen die Scheuern.
Arbeit segnet mit Hab und wimmelnden Heerden die Männer;
Und durch fleißiges Thun wirst du den unsterblichen Göttern
Angenehm und den Menschen, doch Müßige seh'n sie mit Abscheu.
Arbeit schändet mit nichten, nur Arbeitlosigkeit schändet.
Schaffest du thätig dein Werk, bald schaun Unthätige neidisch,
Wie du gedeihst. (Uebersetzt von Voß.)

Ex Virgil. Georgic. Apum habitatio.

Principio sedes apibus statioque petenda,
Quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent), neque oves hædique petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, et surgentes atterat herbas.
Absint et picti squalentia terga lacerti

Pinguibus e stabulis, meropesque aliæque volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam late vastant, ipsasque volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes et stagna virentia musco
Adsint, et tenuis fugiens per gramina rivus;
Palmaque vestibulum aut ingens oleaster obumbret,
Ut, quum prima novi ducent examina reges
Vere suo, ludetque favis emissa juventus,
Vicina invitet decedere ripa calori;
Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,
Transversas salices et grandia conjice saxa;
Pontibus ut crebris possint consistere, et alas
Pandere ad æstivum solem; si forte morantes
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus,
Hæc circum casiæ virides, et olentia late
Serpylla, et graviter spirantis copia thymbræ
Floreat, irriguumque bibant violaria fontem.

Aus dem Gedicht: Harmonia, oder das Reich der Töne:

Von Christ. Schreiber.

Die Violine.

Leicht und beweglich ward mit vier harmonischen Nerven
Die Violine gewölbt; denn auf gemeinsamen Stege
Liegen sie nebeneinander in drei Mensuren der Quinte.
Kraft ward ihnen verlieh'n und des Ausdrucks milde Bewegung,
Wenn die erhobene Hand sie mit flachem Bogen durchmeistert,
Jetzt mit starker Gewalt den Strom des Liedes zu leiten,
Jetzt, wie Säuseln der Nacht, im leisen Pian zu verstummen.
Wunderbar schwebet der Ton in Doppelschlägen und Läufen
Ihre Saiten hindurch, ruht auf dem tiefsten und hebt sich
Zu dem Höchsten empor, wo kaum der Laut sich verweilet;
Wiegt auf leichten Fermaten sich lang gezogen und dehnend
Im Arpeggio hin, und in Cadenzen verloren,
Schweiget das Spiel, und verschwebt mit enharmonischem Zittern.

Caput IX. De epistola poetica.

§. 67.

Si veritates universales ad hominem pertinentes, item sensationes vel relationes in forma epistolæ certis personis

fictis vel fictione exornatis poetice proponuntur, poema id appellatur epistola poetica.

Potest etiam sine omni versu esse; et tum est prosa poetica. Epistola itaque poetica est, cujus materia et stylus est poeticus. Materia poetica vero petit, ut epistola poetica omnes lectores cultos summa delectatione afficiat retineatque, ergo ab omnibus facile intelligatur; hinc materia *sit generalis* (ein allgemeiner Stoff), ejus autem conditionis, ut omnia unius singularis cujusdam personæ gratia videantur tractata. Istud tamen omnibus proprium esse debet, ut servent dicendi genus illud, quod epistolare vocant, sic tamen, ut habeant, quibus recedant a prosa; quare maxime sensilis ejusdem debet esse elocutio, eoque jam differt epistola poetica a prosaica.*) Reliquum discrimen inter epistolam poeticam et prosaicam seu familiarem est:

a) Epistola familiaris tantum in specialibus cujusdam personæ adjunctis versatur, ut ab hac sola plane vel recte intelligi possit, in epistola autem poetica omnia, quæ uni singulari personæ dicuntur, totius culti generis humani gratia scripta esse videantur.

b) Omnia omnibus sint perspicua, ut ab omnibus facile imo cum voluptate intelligantur.

c) Plerumque persona, ad quam scribitur, est ficta; quippe quæ, ut res poetica postulat, libere potest excogitari.

d) Omnis observantia et urbanitas quotidiana negligitur, attamen non ita, ut rusticitas illius locum occupet.

---

*) Der Charakter der poetischen Epistel beruht auf der individualisirten Darstellung gewisser allgemein menschlicher Wahrheiten, Gefühle und Verhältnisse in der Einheit einer ästhetisch vollendeten epistolischen Form. In der poetischen Epistel spricht zwar der Dichter nur zu Einer Person; er individualisirt aber dieselbe so, daß er in ihr zu dem ganzen Geschlechte redet; denn in die Darstellung der poetischen Epistel gehört nur das, was dem Individuum, als Theil seiner Gattung, aber freilich unter individuellen Beziehungen und Verhältnissen beigelegt wird. Die Person, an welche sich der Dichter wendet, muß, wenn die poetische Epistel ein ästhetisches Kunstwerk seyn soll, idealisirt werden, so daß man in ihr überhaupt mehr den Menschen, als ein bestimmtes Individuum erkennt. — Darin liegt der Unterschied zwischen dem prosaischen Briefe und der poetischen Epistel. Jener muß so speziell seyn, daß er blos eine Person angeht, und gleichsam nur für diese verständlich ist; diese individualisirt die Menschheit in einer Person, und spricht zu jener, indem sie sich an diese wendet.

Poetæ morum sinceritas et integritas seu animi candor (Unbefangenheit, Reinheit), nec non suo loco jocus, ingenium (heiteres, offenes Reden) et facetiæ (artige Einfälle, Gedanken) conveniunt, quæ omnia vanas urbanitatis formulas ferre non possunt. Nec non ad voluptatem descriptionibus brevibus, aptis narratiunculis vel fabellis, comparationibus, similitudinibus et sententiis acutis stylus epistolaris poeticus conditur, etiamsi tenuis et simplex, ad sermonem quotidianum propius accedens esse debeat.

Epistolarum ut prosaicarum, ita etiam poeticarum multiplex est argumentum; hinc materia epistolæ poeticæ possunt esse: jam sensiones, jam narrationes, jam descriptiones; imo præcepta generalia fabellis allegoricis, phantasiæ vigore et ingenii acumine conjuncta.

Epistola poetica, cujus materia sunt præcepta, dicitur epistola philosophica, ut sunt plures Horatii; sunt item epistolæ satyricæ, ut ejusdem Horatii; didacticæ, ut ejusdem ars poetica; aliæ elegicæ, quæ sensationes exprimunt, ut Ovidii libri Tristium et ex Ponto. *)

Unter den Neuern haben sich Boileau, v. Göcking, Gleim, Jacobi, Tiedge, Haller, Ebert, Wieland, Bodmer, Blum, v. Nicolay, Manso, Bürde u. A. in dieser Dichtungsart ausgezeichnet.

Caput X.

De Poesi lyrica.

§. 68.

Forma lyrica.

Character formæ lyricæ est expositio affectuum animique sensuum. **)

Græcis, apud quos quam maxime floruit, erat carmen lyricum, quod vehementiorem animi affectum exprimens

---

*) Enthält der Ausdruck der Darstellung die individuellen Gefühle des Darstellenden; so gehört die poetische Epistel zur lyrischen Form. Schildert sie Thatsachen und Individuen; so ist sie Untergattung der epischen Form. Versinnlicht sie bestimmte Begriffe und Wahrheiten unter einer ästhetischen Hülle; so schließt sie sich an die didactische Form an.

**) Der Charakter der lyrischen Form der Dichtkunst ist idealisirte Darstellung (nicht Erregung) bestimmter individueller Gefühle in der Einheit einer vollendeten ästhetischen Form.

ad lyram decantari solebat, unde etiam nomen habet, definiturque: vividissima expressio poetica affectuum, qui totum poetæ animum implent, sermone et versibus ad cantum aptissimis. *)

Apud recentiores est carmen lyricum, in cujus expositione poeta internum animi statum et excitatos in eo sensus immediate repræsentat. **)

Ad genus igitur poematum lyricorum ea referuntur, in quibus poeta illos exprimit animi sensus et affectus, quibus regitur aut se commotum sentit. Sunt autem sensus et affectus gradu inter se diversi, aut lenes aut vehementes. Nonnunquam enim animus noster objecto quodam ita movetur, ut sui compos illud tranquille contemplari et meditari valeat, et tum affectus hi placidi et lenes dicuntur. Alias tanta est affectuum vehementia, ut mens sui impos cæterorum omnium oblita huic soli objecto inhæreat, quo se commota sentit, et hujus vehementiæ affectus vel sensus dicuntur fortiores. Hinc diversa expressio excitati in poeta sensus et diversus gradus vigoris atque enthusiasmi diversas quoque carminis lyrici formas constituunt, quæ sunt: Elegia, Heroide, Ode, Hymnus, Dithyrambus, Canticum et Cantata. Huc redeunt nonnulla minora carmina: Sonett, Madrigal, Triolett, Rondeau, et Canzone, Stanze, Sestine, Terzine &c. ***)

---

*) Die lyrische Poesie, diese Blume des Gemüthes, der Begeisterung und des fröhlichen Sinnes entfaltete sich bei den ernst-heitern, musikalische Feste und Spiele liebenden Hellenen in der reichsten Fülle und Mannigfaltigkeit.

**) Gravina hat nach seiner unnachahmlichen Art in wenig Worten den wahren Begriff des lyrischen Gedichts angegeben; I componimenti lirici sono ritratti di particolari affetti, costumi, virtu, vizj, genj e fatti: ovvero sono specchj, da cui per varj riflessi traluce l'umana Natura. Ragione poetica. Lib. I. c. 13. (Die lyrischen Gedichte sind Schilderungen besonderer Leidenschaften, Neigungen, Tugenden, Laster, Gemüthsarten und Handlungen; oder Spiegel, aus denen auf mancherlei Weise die menschliche Natur hervorleuchtet.)

***) Alle Eigenthümlichkeiten und Formen der lyrischen Poesie erklären sich also aus der mehr oder weniger erhöhten Gemüthsstimmung des darstellenden Dichters. So mannigfaltig sich nun das Gefühl poetisch äußern kann, so mannigfaltig ist das lyrische Gedicht, zunächst aber offenbart sich das Gefühl und am reinsten in der Gegenwart, mittelbarer, wenn es als Vergangenes durch die Erinnerung modificirt erscheint. Hiernach könnte man die Lyrik in die rein lyrische Poesie, wozu der Hym-

§. 69.

Elegia.

Quoniam elegiis animi sensus leniores exprimuntur, hinc elegiam ita definimus; quod sit expressio poetica describens placidiorum animi motuum aliquid jucundi simul et ingrati involventium. Affectus proinde in hoc carmine sunt mixti; adeoque Elegia est expositio mixti sensus placiditatis (Darstellung des sanften Schönen, der Sanftheit), in qua sensus gratus sensui ingrato prævalet. Hic sensus conspicuus est in significato dolore, quo animus noster impletur, cum quoddam bonum velut præsens sibi imaginatur, cujus possessione et usu aut privatus fuit, aut quo unquam se fruiturum desperat. Hic igitur sensus doloris de perdito aut non obtinendo bono ita in unum coalescit cum sensu voluptatis, quam in nobis recordatio pristini boni, aut cujus possessionem frustra desiderabamus, excitat, ut tandem sensus voluptatis superet sensum doloris, et in eam animi transeat oblectationem (schwärmerische Freude, Ergötzung), quæ poetam in expositione elegiæ occupat. In hac expositione igitur hoc bonum ita depictum est, ut in imaginatione poetæ versatur et apparet, nempe ut tale objectum, quod, quia poetam seu fictam in carmine personam perfectiorem forte aut beatiorem reddidisset, jam ab ejus affectu abduci non potest, quodque ita sensiliter expressum est, ut ratione ejusdem possessionis vel usus in tempus præsens, præteritum et futurum pari modo vim suam exerat. Sic e. g. apud Propert. IV. 3. execratur Arethusa diem nuptiarum:

„Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa
Traxit ab everso lumina nigra rogo.
Et stygio sum sparsa lacu, nec recta capillis
Vitta data est: nupsi non comitante Deo.

Brevi iterum miseretur:

„Dic mihi, num teneros urit lorica lacertos?
Num gravis imbelles atterit hasta manus?
Diceris et macie vultum tenuasse: sed opto
E deriderio sit color ille meo.

---

nus, die Ode und das Lied gehören, an welche sich mehre Formen der Italiener und Spanier (Sonetten, Canzonen, Sestinen, Glossen rc.) anschließen, und in die elegische eintheilen, an welche sich das Epigramm im Sinne der Griechen und mehre so genannte didaktische Gedichte anschließen.

Subsequentibus iterum dolet et timet; demum sperat et lætatur:

„Sed tua perdomitis Parthæ telluris alumnis
Pura triumphantes hasta sequatur equos!
Armaque cum tulero portæ votiva Capenæ,
Subscribam: Salvo grata puella viro.

Ita etiam apud Tibullum L. I. 10. alternantes videmus iram, commiserationem, dolorem, lætitiam et spem. *)

§. 70.

E vi nominis græci Elegia est carmen lugubre (ελεεω). Mimnermus (Colophonius) hoc genus poeseos invenisse dicitur, quo carmine voluptates et dolores amoris cecinit. Simonides vero hoc genus versuum frequenter ad questus

---

*) In der Wirklichkeit kann der Unterschied des heftigen und sanften Gefühls an einem Menschen sichtbar werden, der in zwei von einander weit abstehenden Zeitpunkten ein und dasselbe Gefühl äußert. Z. B. Die Klage einer Mutter um ihr verstorbenes Kind, wird gleich nach dem Verluste einer Ode zu vergleichen seyn. Sie wird nur in abgebrochenen heftigen Reden, wie gegen ihren Willen das überwältigte Herz entladen. Was sie spricht, ist nur Ausdruck des vollen Gefühls ihrer traurigen Gegenwart. Kein Gegeneinanderhaltendes „Jetzt" und des „Ehmals," kein Verweilen bei einem bestimmten Gedanken, überhaupt keine eigentliche Betrachtung findet in ihrer Seele Raum. Hören wir sie aber nach einer geraumen Zeit, so wird ihre Klage mehr einer Elegie gleichen. Nicht mehr übermannt von ihrem Schmerze, wird sie diesen, wie eine Erscheinung behandeln, und sogar eine Beschreibung desselben machen können. Nicht das Gefühl des Verlustes allein, sondern auch jenes des frühern, theueren Besitzes ist ihr nun gegenwärtig; ja sie kann sich in die Betrachtung und Beschreibung des letztern so vertiefen, daß sie auch einige Augenblicke nur, ihn zu fühlen scheint; bis wieder die Wehmuth über das Hinschwinden ihres Glückes, ihr Recht behauptet. Also wird die Betrachtung der glücklicheren Vergangenheit zur Folie, und doch zugleich zum Linderungsmittel ihrer gegenwärtigen Trauer. (Pollak in der Anleitung zur Methode der Redekunst. Seite 92.) Der Zauber der Vergangenheit und Zukunft umschweben also die Elegie; nur die Gegenwart verliert jedesmal in ihr bei der Zusammenstellung mit Vergangenheit und Zukunft; und darin liegt der Grund der herrschenden Wehmuth. Mit Recht kann man die Elegie ein empfindungs- oder affektvolles Selbstgespräch nennen (**affectu plenus monologus**).

et lugubres cantus adhibuit; hinc nomen Elegiæ, quasi dicas væ, væ, dicere, (*E*! *E*! λέγειν) quia lugentes interjectionibus hisce sæpe utuntur. Veteres hoc carmine etiam ad defunctorum laudes et animi sui tristitiam declarandam utebantur. Ita Ovidius de se ipso in Ponto exule: Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen.

Deinde vero aliæ quoque res, quæ placido cum affectu tractari possunt, huic carmini materiam præbuerunt, teste Horatio in arte:

Versibus impariter junctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Multiplex inde est Elegiarum argumentum seu materia: molles teneræque querelæ de amissa morum innocentia, de amissis amicis; amor infelix aut vanus, miseria nostra aut aliena; jucunditas e reconciliatione amicorum vel ex bono acquisito; gratus et pius animus; item gaudia, preces, vota, gratulationes, paucis omnia, quæ lenius animum movent. (Sanfte, wehmüthige Klage um verlornes Gut, getrennte Liebe, verstorbene Geliebte und Freunde, um Sittenunschuld hingeschwundener Jahrhunderte, schwärmerische Erinnerung genossener, innige Sehnsucht nach dem Besitze gewünschter Güter, sind die Gegenstände der Elegie, die wir bei den Neuern in dem Grade vorzüglicher finden, als bei den Alten, je mehr bei uns die Ausbildung der Sentimentalität ein tieferes Gefühl und eine gewisse Geistigkeit zur Folge gehabt hat.)

§. 71.

Finis elegiæ est depingere et exponere graphice dolorem animi sane sentientis. Dolebit igitur poeta vel suos errores vel necessitatem fati, quod eum a possessione boni removit; simul vero vi phantasiæ efficiet, ut sensus voluptatis tandem sensui doloris prævaleat, et non diu durantem, sed persuavem et dulcem sensionem in animo excitet.

Forma elegiæ est illa dispositio et conformatio, quam poeta ad materiam elocutioni aptandam præelegit, quod fit nonnunquam epistolarum more, alias narrationum, descriptionum, sermocinationum variarumque figurarum forma.

Forma externa est (apud Græcos et Romanos) alternatio versus hexametri et pentametri. *)

---

*) In dieser Versart verseufzte nicht blos die Traurigkeit den sanften Schmerz, sondern wie Horaz sagt, auch

Elocutio hujus poematis est tenuis quidem, sed venusta et native elegans, aliena ab omni ornatu quæsito, parce figuris utens; crebrior vero est in epithetis, quæ serviunt vividæ descriptioni; grandia vero epitheta respuit, periodosque habet breves.

§. 72.

Præcipua tamen et peculiaria elegiarum ornamenta sunt:

I. Antitheses et frequentes comparationes præsentis sortis cum priore, quibus res redduntur clariores; sic e. g. Propert. IV. I. De Urbe Roma:

Atque ubi Navali stant sacra palatia Phœbo,
Evandri profugae concubuere boves.
Fictilibus crevere Diis hæc aurea templa,
Nec fuit opprobrio facta sine arte casa.
Tarpejusque Pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis nostris advena bobus erat.
Curia, prætexto quæ nunc nitet alta senatu,
Pellitos habuit rustica corda patres.

En hic perpetuam oppositionem præsentis Romæ et illius, quam incoluerunt prisci populi Romani parentes.

So singt Matthisson in den Ruinen eines alten Bergschlosses, und stellet, nachdem er die Herrlichkeiten der Vorzeit schön dargestellt, dieselben durch Gegensätze, die er aus der Gegenwart entlehnt, lebhafter dem Auge dar:

»O der Wandlung! Graun und Nacht umdüstern
Nun den Schauplatz jener Herrlichkeit;
Schwermuthsvolle Abendwinde flistern,
Wo die Starken sich des Mahls gefreut!
Disteln wanken einsam auf der Stätte,
Wo um Schild und Speer der Knabe flehte,
Wenn der Kriegstrompete Ruf erklang,
Und auf's Kampfroß sich der Vater schwang.

Die Freude, und die ihres süßen Wunsches
Gewährte Liebe

bediente sich ihres leichten Ganges. Selbst die Kriegslieder eines Tyrtäus und Kallinus bewegten sich in diesem Maße; lehrendes Gedicht, Heroide, sittliche Sprüche wurden bei den Alten in dieser Form dargestellt. Die Neuern bedienen sich gewöhnlich für eigentliche Elegie trochäischer Versmaße, ja auch der Versmaße der Oden. Im letztern Sinne sind manche Oden von Klopstock Elegien.

Asche sind der Mächtigen Gebeine
Tief im dunkeln Erdenschooße nun!
Kaum daß halb versunk'ne Leichensteine
Noch die Stätte zeigen wo sie ruh'n.
Viele wurden längst ein Spiel der Lüfte;
Ihr Gedächtniß sank wie ihre Grüfte;
Vor dem Thatenglanz der Heldenzeit
Schwebt die Wolke der Vergessenheit.

II. Sententiæ graves non tamen acutæ; e. g. Penelope de marito timens ait: Res est solliciti plena timoris amor. So auch Matthisson im obigen Gedichte:

»Hoheit, Ehre, Macht und Ruhm sind eitel!
Eines Weltgebiethers stolze Scheitel,
Und ein zitternd Haupt am Pilgerstab,
Deckt mit einer Dunkelheit das Grab!«

III. Breves item descriptiones per decursum orationis insertæ. Sic pulcherrimum exemplum descriptionum suppeditat Tibullus Lib. II. El. 5. v. 55.

Carpite nunc tauri de septem montibus herbas;
Dum licet: hic magnæ jam locus urbis erit.
Roma tuum nomen terris fatale regendis,
„Qua sua de cœlo prospicit arva Ceres;
Quaque patent ortus, et qua fluitantibus undis
Solis anhelantes abluit amnis equos."

Pro: Ab ortu ad occasum imperabit Roma toti terrarum orbi.

So auch in Gotter's Elegie auf einem Dorfkirchhofe geschrieben.

Hier, wo die Ulme traur't, der Eiche Schatten schrecket,
Wo mürbe Hügel Staub's ein dürrer Rasen decket,
Schläft, in ein enges Grab versenkt auf immerdar
Von diesem armen Dorf der Väter frohe Schaar.
Sie ruft den Morgen nun, der duftend niederwallet,
Der Schwalbe zwitschernd Lied, das aus dem Strohdach schallet,
Des Hahns Trompetenton, des Hornes Wiederklang
Nicht mehr vom schlechten Bett zur Arbeit und Gesang.
Nicht mehr wird nun für sie des Heerdes Flamme lodern,
Kein Weib am Abend sie mit Sehnsucht wieder fodern,
Sich den Geschäften ganz für ihre Pflege weih'n,
Und keine Kinder mehr nach ihrem Vater schrey'n;
Still lauschen, wenn er kommt; sich ihm entgegen drängen,
Und, sich um seinen Kuß beneidend, an ihn hängen.

IV. Subinde, quod vero rarius fit, cum materia gravior aliqua canenda assumitur, Epicorum more elegiam di-

vidunt in Exordium, Invocationem, Narrationem, imo Epilogum etiam subjungunt. Ita Propertius Lib. IV. Eleg. 6. pugnam navalem Augusti ad Actium celebraturus sic exorditur:

Sacra facit vates, sint ora faventia sacris,
Et cadat ante meos icta juvenca focos &c.

Invocatio. Musa, Palatini referamis Apollinis ædem:
Res est, Calliope, digna favore tuo &c.

Narratio. Est Phœbi fugiens Athamana ad littora portus,
Qua sinus Joniæ murmura condit aquæ &c.

Epilogus. Bella satis cecini: citharam jam poscit Apollo
Victor, et ad placidos exuit arma choros &c.

V. Congeries exemplorum, similitudinum, enumerationum partium &c. elegantiam stylo elegiaco conciliant; siquidem poetæ iisdem argumentorum loco uti solent. Sic Ovid. Lib. I. eleg. 2. propositionem:

Sæpe premente Deo fert Deus alter opem, probat inductione exemplorum:

„Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo;
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aeneam propior Saturnia Turno,
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Ulyxem,
Eripuit patruo sæpe Minerva suo &c.

Et Lib. I. Eleg. 8. propositionem: Vulgus amicitias utilitate probat, per similitudines explicat.

So erklärt Gotter in seiner Elegie auf einem Dorfkirchhofe, durch Anführung von Gleichnissen und Beispielen den Satz: »Manche, die hier ruhen, würden große Männer geworden seyn, wenn sie in ihrer Jugend Erziehung erhalten hätten«:

»Wie Manche deckt vielleicht hier die Verwesung tief,
In deren schwangrer Brust ein Götterfunke schlief!
Provinzen hätten sie mit wachem Blick beschirmet,
In hohes Saitenspiel Begeisterung gestürmet:
Hätt' ihnen Wissenschaft ihr großes Buch entrollt,
In welches jede Zeit den Schatz der Völker zollt;
Hätt' Elend nicht ihr Haupt in tiefen Staub gedrücket,
Ihr Feuer ausgelöscht, und ihr Genie erstickt. —
Wie manche Ros' im Thal erröthet ungesehn,
Haucht ihren Duft umsonst, und stirbt vergebens schön!
Wie manchen edlen Stein hält vor der Menschen Sorgen
Der unerforschte Grund des Oceans verborgen!
So ruhet mancher hier, der einst mit kühner Hand,
Ein Franklin seines Dorf's, dem Frevler widerstand;

Und mancher Milton stumm, vermischt mit andern Todten,
Und mancher Cromvell, rein vom Blut der Patrioten.

Nota. De versu Romanis elegis proprio, uti et de stylo elegiaco suavi, liberali et facili suavissime scribit Ovidius: Elegiam sub persona matronæ naturali pulchritudine elegantis depingens:

Venit odoratos Elegeia nexa capillos,
    Et puto pes illi longior alter erat;
Forma decens, vestis tenuissima, vultus amantis:
    In pedibus vitium causa decoris erat. *)

Multa præterea eodem metro elegiaco apud antiquos inveniuntur conscripta, quæ elegiis accenseri nequeunt; sed sunt vel didactica, ut fasti Ovidii, vel epigrammata, ut carmina Catulli et aliorum.

Principes hujus carminis sunt; Græcorum: Callinus, Tyrtæus, Mimnermus, Callimachus. Romanorum: Catullus, Tibullus, Propertius, Ovidius. —

Germanorum: Klopstock, Weiße, Schmidt, von Nicolai, Hölty, Gotter, Denis, Matthisson, von Göthe im 1. B. seiner Werke, Voß, v. Schiller, Heidenreich, v. Salis, Tiedge, v. Brinkmann, Kosegarten, v. Kleist u. a. »Ueber die Elegie der Alten siehe Schneider's Abhandlungen in Creuzer's und Daub's Studien.«

§. 73.

Subordinata Elegiæ species sunt heroides. Est vero heroide elegia forma epistolari conscripta, in qua certæ

---

*) Sehr treffend charakterisirt Jacobi die Elegie auf eine bildliche Weise: „Sollte ich der Elegie ein sinnliches Bild geben, so würde ich dieselbe nicht, wie Viele gethan haben, in langen Trauerkleidern, mit zerstreutem Haar und bedeckter Stirn, sondern als eine ruhig sitzende Nymphe, das Gesicht in die Hand gelegt, voll Rührung und Nachdenken vorstellen. In ihren nachlässigen Locken hinge ein zerissener Kranz, auf ihrem Schoße hätte sie einen welken Blumenstrauß. In der Ferne wäre ein Grabmal zu sehen, wovon nur die obere Hälfte aus einem Cypressenwalde hervorragte. Hinter diesen läge ein Hügel voll Rosenknospen im Morgenroth." — Die Elegie wird, wie ein Mädchengesicht, niemals einnehmender als dann, wenn unter den Thränen ein Lächeln hervorschimmert; wenn der ruhige Blick auf eine Reihe von schönen Bildern fällt; die aber gleich den Herbstblumen im leichten Nebel da stehen und den Abschied der bessern Jahrszeit verkündigen.

(Sehr sinnig ist das Bild; es bedeutet ehemalige Freude, gegenwärtige Trauer, Hoffnung der Zukunft.) —

quædam personæ ex ævo historico aut mythico desumtæ suos animi sensus declarant et communicant. Sic apud Propert. Cornelia ad Paullum, et Arethusa ad Lycotam præbent egregia exempla heroidis seu heroico-lyrici carminis.

(Groß und edel sind darin die Gedanken, wahr und innig die Darstellung, kräftig und rein die Sprache. Ficker II. Thl. S. 447.)

Argumentum seu objectum primarium heroidis sunt querelæ de amore irrito aut contemto; quamquam et alii affectus in eadem locum habent. Ovidius has epistolas a conjugibus ad heroes suos et ad alios vetustatis viros perscriptas asserit, unde illis nomen heroidum accessit.

Externa igitur forma ad poeticam epistolam spectant, sed charactere suo ad poesim lyricam. *)

(Die Franzosen haben sich unter allen Nationen am meisten in dieser Art versucht, wie Colardeau, Blin de St. More, Dorat, Laharpe; unter uns Deutschen sind Wieland's Briefe Verstorbener an ihre noch lebenden Freunde, wenn man sie wirklich hieher zählen kann, noch jetzt das Vorzüglichste in dieser Art.)

§. 74.

Oda.

Oda, si originem spectas, significat cantum a græca voce ᾠδή; hinc data carminis lyrici definitio non differt ab oda, nisi quod in hac poeta excitatos in animo sensus et affectus cum audacia et enthusiasmo producat; adeoque oda est carmen affectibus humanis exprimendis totum quantum natum. Die Ode ist die Sprachdarstellung des innersten Lebens des Dichters im Zustande des durch einen Gegenstand veranlaßten heftigen Gefühls. In dem Menschen liegt die Sehnsucht, das Streben nach dem Idealischen. Die Ode bezeichnet das Streben des individuellen Gefühls nach dem Ideale, das ihm in grenzloser

---

*) Heroide ist ein kleines affektvolles Gedicht im Tone der Elegie, und in Form eines Schreibens an eine Person, gegen welche man, ohne alle Zurückhaltung ein gerührtes Herz ausschüttet. Z. B. Penelope an Ulysses. — Es ist kein geringes Verdienst an dem Ovidius, sagt Pope (ein scharfsinniger Kunstrichter), daß er die schöne Methode erfunden hat, unter erdichteten Charakteren Briefe zu schreiben. Es ist aber eine Hauptsache, daß der Dichter Personen wähle, die uns aus der Geschichte hinlänglich bekannt sind, und für die wir uns interessiren, und daß er sie in ganz interessante Umstände setze. Z. B. Heloise an Abelard von Pope, ein sehr vollkommenes Muster.
Properz war das Vorbild der römischen Heroide.

Ferne vorschwebt, und das keine Idee der Vernunft zu erschöpfen, keine Bestrebung des Willens zu verwirklichen vermag. Die Ode ist also der Ausdruck der höchsten individuellen Bewegung eines endlichen Geistes.)

Differt Oda ab Elegia et Cantico non objecto sed charactere. In odis sensus fortiores majore vi cogitatuum et verborum, leniores vero animi motus in canticis et elegiis exprimuntur. In omni enim oda, quamvis tenue sit nonnunquam ejus argumentum, elocutio et artificium poetæ semper tale est, ut auditores percellat; exemplo sit Horat. Lib. I. oda 20. Mæcenates in Apuliam profecturus Horatio significat, se in ejus villa Sabina deversurum esse. Horatius ei respondet hac schedula poetica, gratissimum sibi fore talem hospitem, sed æqui bonique illum facturum vinum id, cujus adponendi sibi copia sit. — En tenue argumentum. Ast vero sive sententias, sive conversionis urbanitatem, sive denique elocutionis ornatum expendas, elegantiam ejus atque ingenii vim et ubertatem facile agnoscas.

Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipse testa
Conditum levi, datus in theatro
Quum tibi plausus,
Care Mæcenas, eques, ut paterni
Fluminis ripæ, simul et jocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Cæcubam et prælo domitam Caleno
Tu libes uvam: mea nec Falernæ
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

Hinc character odæ non in sublimitate et gravitate objecti semper consistit, sed

1. In vivaci poetæ ingenio, quo rem etiam tenuem extraordinaria verborum conformatione, imaginibus vividissimis plenus affectu ita repræsentat, ut et vim imaginandi affi-

---

*) In der gemeinen Sprache würde dieser ihm geantwortet haben: Du kannst kommen, wenn du mit schlechterem Weine, als dessen du gewohnt bist, vorlieb nehmen willst. Horaz aber gibt dem Gedanken eine Wendung, wodurch er den empfindungsvollen sapphischen Ton vorträgt; und indem er ihn in einer hohen poetischen Laune vorträgt, wird er zur Ode. —

ciat, lectorum affectus excitet, eosque in admirationem abripiat. *)

2. Ordo idearum non talis est, qui e tranquilla meditatione proficiscitur, sed qualis a vivida imaginatione et ingenio producitur. Inde oda exprimit internum animi statum, in quem poeta quacumque occasione adductus est; ipse enim in oda totus regitur a sensationibus.

3. Quoniam a summo enthusiasmo proficiscitur, longæ nequit esse extensionis. Cogitatus, sensus, imagines, sententiæ sunt sublimes, fortes, audaces, hyperbolicæ aut suavissimæ; quo in mentis statu omnia prætermittuntur, quæ animum minus movent.

4. Subinde tota oda exprimit solummodo vividissimam poetæ sensationem, cujus causam excitantem in fine primum docemur. Talis est Klopstokii oda ad Bodmer:

»Der die Schickungen lenkt, heißet den frömmsten Wunsch,
Mancher Seligkeit goldenes Bild
Oft verwehen, und ruft da Labyrinthe hervor,
Wo ein Sterblicher gehen will. — — — — —
Oft erfüllet er, Gott, der das Schicksal geordnet, auch was das erzitternde
Volle Herz kaum zu wünschen wagt.
Wie von Träumen erwacht, sehn wir dann unser Glück,
Sehn's mit Augen, und glauben's kaum.

Hic persequitur vias occultas divinæ providentiæ; denique in fine ostendit, occasionem et causam:

»Dieses Glück ward mir, als ich das erstemal
Bodmers Armen entgegen kam.

5. Nonnunquam vero initio objectum exponit, quo commotus est, eidem non nihil immoratur; postmodum autem eodem omisso ad alia continuo transgreditur. Ita Horat. Carm. I. Od. 3. Virgilio Athenas navigaturo bene precatus invehitur in mortalium audaciam, eamque persecutus ita finit:

---

*) Der lyrische Dichter, dessen Begeisterung von der jedes andern Dichters verschieden ist, gestaltet durch innige Vereinigung von Gemüthstiefe und Phantasiegluth eine Reihe von Empfindungen und Anschauungen, Ideen und Bildern. Seine Produktion, die zugleich Geisterklang der Gemüthswelt und Phantasiegemälde ist, geschmückt mit allem Reichthum, mit aller Schönheit der Sprache, der rhytmischen Bewegung und des Wohllauts, erhebt die Seele des Hörers und Lesers zu derselben Begeisterung des erhöhten innern Lebens, welche ihn selbst ergriffen hat.

Cœlum ipsum petimus stultitia; neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Jovem ponere fulmina.

6. Sæpe tota oda sine digressionibus versatur in expositione objecti, quod poetam afficit, uti illa Horat. Carm. I. 10. in qua totus est in laudibus Mercurii; vel illa Klopstokii, die beiden Musen. Sæpius digreditur poeta, revertitur tamen iterum ad objectum primarium. Sæpius abripitur, quin causam intelligamus, in ejusque idearum conformatione omnem fere nexum desideramus. Ita Horat. Carm. III. od. 4. ad Calliopen, Calliopen invocat, ut ipsum doceat hymnum: Descende cœlo et dic age tibia, Regina longum Calliope melos; videtur sibi musam canentem audire: Auditis? an me ludit amabilis Insania? &c.

§. 75.

Quemadmodum varia est carminis lyrici elocutio, ita multiplex est ejusdem objectum seu materia, ita ut pro ratione diversissimi characteris et formæ, quam assumit, odarum species haud designari posse videantur.*) Commune tamen odarum argumentum sunt animi sensus, et ex iis præcipue gaudium, admiratio et amor.

Ratione argumenti seu objecti statuimus odarum sequentes species:

a) Odæ contemplativæ, quæ continent affectu plenam descriptionem, aut narrationem aut denegationem attributorum cujusdam objecti; e. g. Die Allmacht Gottes. Huc pertinent etiam hymni.

b) Odæ describentes, quæ complectuntur imaginibus plenas descriptiones objecti alicujus sensilis, e. g. Horat. Ode ad fontem Blandusiam Carm. III. 13.

c) Patheticæ odæ illas complectuntur, in quibus soli regnant animi sensus. In his docet quidem poeta, quid hunc animi sensum excitaverit, sed maxime in animi motu inde orto commoratur. e. g. Horat. Carm. II. oda 13. ad arborem.

---

*) Von der Eiche bis zum Rosenstrauch sind kaum so viel Gattungen von Bäumen, als Arten dieses Gedichtes von der hohen pindarischen Ode bis auf die scherzhafte, niedliche Ode des Anakreons. Es scheint, daß die Griechen den Charakter dieser Dichtungsart mehr durch die äußerliche Form und die Versart, als durch innerliche Kennzeichen bestimmt haben. Sulzer III. Thl. S. 436.

Plerumque tamen in singulis odis triplex hoc argumentum una tractatur. Atque ita in una eademque oda admiratio, spes, lætitia et timor nonnunquam cum tremore alternant. Ita plena est indignatione et horrore Oda Horat. L. I. 15. Nerei vaticinium de excidio Trojæ; horrore plena L. II. 14. Ad Posthumum; admiratione et indignatione L. I. 35. Ad Fortunam. Describens et pathetica simul est oda Klopstokii: Die Gestirne.

Dividuntur porro odæ in religiosas, heroicas et philosophicas seu didacticas. Ad odas religiosas pertinent: hymni, pæanes, dithyrambi et psalmi.

Oda heroica celebrat homines, eorum res gestas, virtutes et merita, sed non nisi illorum, qui magnitudine animi excelluerunt, et res magnas summa virium contentione effecerunt. Talis est apud Horat. L. I. 12. Ad Augustum.

Ex Horatii odis huc porro pertinent: Carm. I. 2. 3. 6. 14. 15. 24. 36. 37. Carm. II. 1. 7. 9. 12. 13. 15. 17. 20. Carm. III. 3. 6. 8. 14. 30. Carm. IV. 2. 4. 5. 8. 9. 14. 15. — Sammlung deutscher Beispiele II. Thl. von Seite 47—66.

Oda philosopica dicitur, in qua poeta virtutis amore et vitiorum odio exardescens animum hominum percellit, et quid deceat, quid dedeceat, cum affectu docet. Exempl. apud Horat. L. II. 2. Ad C. Sallust. Crispum, et Od. 10. Ad Licinium. Hujus ordinis porro sunt: Carm. L. I. 11. 22. 34. L. II. 3. 14. 15. 16. 18. L. III. 1. 2. 3. 16. 24. L. IV. 7. — Die Zeit von Denis; die Wissenschaft zu leben von Uz u. a. m.

Forma interna odarum est varia affectuum expressio; externa est coordinatio diversorum generum versus, et designatio certi numeri versuum, post quem absolutum ad primum redeatur. Unde denominationes: monocolos, dicolos, distrophos, tetrastrophos. (Consulatur schema metrorum lyricorum.)

§. 76.

Cum carmen lyricum sit vivida sensuum nostrorum expressio, omnes ejusdem dotes ex enthusiasmo (Begeisterung) proficiscuntur.

Est autem enthusiasmus illa phantasiæ animique dispositio, qua torrentis instar in affectus prorumpit. Definitur etiam enthusiasmus seu igneus mentis impetus: vivida sensatio, quæ ex forti et intenta objecti propositi consideratione oritur, totum poetæ animum affectu quodam non tam implens, quam occupans et abripiens.

(Alle Künstler von einigem Genie versichern, daß sie bisweilen eine ausserordentliche Wirksamkeit der Seele fühlen, bei welcher die

Arbeit ungemein leicht wird; da die Vorstellungen sich ohne große Bestrebung entwickeln, und die besten Gedanken mit solchem Ueberfluße zuströmen, als wenn sie von einer höhern Kraft eingegeben würden. Dies ist ohne Zweifel das, was man Begeisterung nennt. Sulzers Theorie I. Thl. S. 248.)

Hæc animi affectio seu status efficit, ut opus quodcumque artificii facile et feliciter procedat poetæ; tum præstantissimæ animo obversentur ideæ, et expressiones fortissimæ æque ac vividissimæ ultro se ipsi offerant; pictor imaginem quæsitam tam clare cernit animo, ut eam imitari tantum necesse habeat, ipsaque manus occulta quasi vi ducatur. *)

Est autem enthusiasmus alius e sensationibus, ex ideis alius. Uterque oritur ex objecto, quod mentem vehementissime afficit; et prior quidem, si minus objecti attributa contemplamur, quam vim ejusdem, qua afficimur, sentimus; posterior, si pariter ejusdem partes singulas atque attributa meditamur æque ac vim ejusdem in nos agentem sentimus, adeoque tum intellectus, tum vis imaginandi in eodem versantur.

(Im ersten Falle entsteht der Enthusiasmus des Herzens; im andern Falle die Begeisterung des Genies.)

Effectus enthusiasmi e sensationibus sunt sequentes:

1. Animus totus se tradit sensationi (Empfindung) abducta attentione ab omnibus objectis externis, usuque intellectus impedito impar est meditando et saniori ferendo judicio; quare affectus tanto vehementius se produnt.

2. Propter facultatem reflectendi impeditam verum a ficto non discernit, quod fieri potest, ac si revera existeret, cogitat, imo nonnunquam et id, quod plane fieri non potest; nexus rerum non e ratione, sed ex sensatione dijudicatur, absens et futurum præsens fingitur.

3. Omnia, quæ ad præsentem sensum quodammodo referri possunt, animo clarissime obversantur. Inde proficiscitur vis et vigor elocutionis, copia imaginum, mirus objectorum cœteroquin diversorum nexus.

---

*) Die lyrische Poesie ist rein subjektivisch. (§. 1.) Die äußeren Gegenstände geben dem lyrischen Dichter nur die Veranlassung zur Darstellung der Eindrücke, welche dieselben auf sein Gemüth machen. Er wird also die Natur da, wo er sie zum begeisternden Gegenstande wählt, nicht nachbilden oder abmalen, sondern ihre große Harmonie wird in ihm wiedertönen, und sein Inneres wird das Echo des großen Naturhymnus seyn. (Humanitäts-Bibliothek S. 130.)

Hic animi status varios gradus admittit, pro fortitudine sensationis et indole ipsius animi, et pro gravitate objecti; ita oriuntur Elegiæ et Odæ; quare nonnunquam suavis, nonnunquam præceps est, ut ipse Horat. ait: Quo me Bacche rapis tui plenum? In animo irritabili quibusdam sensationibus sæpius agitato levissima causa eædem facile excitantur. Quare in poetis celerrime excitatur enthusiasmus, quotiescumque objectum repræsentatur illis conjunctum sensationibus, quæ diu eorum animum affecerunt. Sic Horatius Virgilio Athenas navigaturo faustum iter precaturus, L. I. od. 3. terretur periculis, quibus iter maritimum est obnoxium; detestatur audacem ejusdem inventionem, simulque recordatur omnium, quæ de hominum audacia alias jam meditatus sæpius fuerat.

Enthusiasmus ex ideis proficiscitur e magnitudine, varietate et pulchritudine objecti. In hanc rem asserit quidam Philosophorum: Psychologis patet, in tali impetu totam quidem naturam vires suas intendere, maxime tamen facultates inferiores, ita ut omnis quasi fundus animæ surgat nonnihil altius et majus aliquid spiret, pronusque suppeditet, quorum obliti, quæ non experti, quæ prævidere non posse nobis ipsis, multo magis aliis, videbamur. (Aesthet. §. 80.) Non autem sola interna rei natura, sed innata seu adnexa etiam eidem commoda vel detrimenta magnam vim habent excitandi enthusiasmum seu animi intensionem et fortem et perdurantem. Tale objectum perpetuo menti obversatur, reliqua, quæ poetæ in mentem veniunt, solum respectu illius perpenduntur; ita ambitiosus nihil animadvertit, nisi quod famam aut gloriam sibi conciliet. Hoc animi statu omnia et minutissima quæque in objecto, quo afficimur, advertimus; ideæ rerum animæ inhærent, etiam atque etiam excoluntur, data occasione confestim reviviscunt, et tum demum objectum nostrum nullo studio et labore intuemur.

Ad excitandum enthusiasmum requiritur et objectum, quod natura sua aptum est ad mentem afficiendam, et anima, quæ facile irritatur. Primum igitur dependet a rebus magnis extra nos existentibus, alterum est donum naturæ, quod usu et exercitatione perficitur.

§. 77.

Ex enthusiasmo nascuntur sequentes carminis lyrici dotes:

A) Audacia dictionis, quæ a communi sermone poetico recedit, atque in audacia exordiendi, saltu lyrico et insolito vocabulorum usu consistit.

α) Audacia exordiendi ex ipso enthusiasmo proficiscitur; animus enim affectu abreptus omnem respuit præparationem, et in mediam rem irruens, illa, quibus maxime afficitur, prima effert, ut in Ode 3. supra citata; *) vel in illa Carm. II. 13. in arborem:

Ille et nefasto te posuit die,
Quicumque primum, et sacrilega manu
Produxit, arbos in nepotum
Perniciem, opprobriumque pagi.

O Anblick der Glanznacht, Sternenheere,
Wie erhebt ihr! Wie entzückst du Anschauung
Der herrlichen Welt! Gott, Schöpfer,
Wie erhaben bist du Gott, Schöpfer!

Klopstock.

β) Saltus lyricus est transgressio inordinata ab uno cogitatu seu idea ad alterum remotiorem, omisso medio propinquiore, qui amborum quasi vinculum est. Animus enim affectu plenus non fert moras connexionis, sed præcipiti saltu eas ideas transilit atque lectoribus supplendas relinquit, quæ ordinem naturalem manifestum facerent, et in res ipsas exprimendas, seu quæ sunt in re præcipua, continuo involat. Saltus tamen iste locum habere tantum potest, quum materia affectibus vivis, fervidis et magnis accommodata est. Nam animus tranquillus vel leniori affectu commotus ordine cogitatuum naturali progreditur. Exemplum saltus lyrici exstat cum in pluribus odis Horatii, tum L. I. od. 3. quum Horatius Virgilio bene precatus repente ad carpendam hominum audaciam invehitur in illum, qui primus mari se credere ausus est, omisso cogitatu medio: Utinam nunquam inventa fuisset ars navigandi, quia Virgilius non fuisset ausus navigare, h. e. non obnoxius esset amicus meus Virgilius vitæ discrimini, si nullus extitisset, qui audaci animo primus mare trajecit. O quanta est mortalium audacia!

γ) Insolitus vocabulorum usus animo concitato familiaris est, qui ad cogitata sua efferenda audacioribus metaphoris et figuris, vocabulorum constructione minus solita, nova vocum compositione, crebrisque inversionibus suos promit sensus; e. g.

---

*) Der Eingang der Ode ist kühn. Des Dichters Empfindung bricht aus, wie ein Strom, der den Damm zerreißt. Doch pflegt ein Dichter oft gerade an dem Orte aufzuhören, wo er zu sinken anfangen will.

Jam te premet nox, fabulæque manes,
Et domus exilis Plutonia. Quo simul mearis,
Non regna vini sortiere talis.
Horat. Carm. I. 4.

Præ cæteris omnibus exempli loco sufficit adferre odam Ramleri: in tormentum bellicum (auf ein Geschütz), qua pulcherrime imitatus est Horat. L. II. odam 13. in Arborem.

O du, dem glühend Eisen, donnernd Feuer
Aus offnem Aetnaschlunde flammt,
Die frommen Dichter zu zerschmettern, Ungeheuer,
Das aus der Hölle stammt!

Ira et execratione plenus orditur; utitur hic et in sequentibus metaphoris et figuris audacissimis, atque vocabulis minus solitis.

Wer zur Verheerung blühender Geschlechter
Dich an das Sonnenlicht gebracht,
Hat ohne Reue seine Mutter, seine Töchter
Frohlockend umgebracht.

Ganz nahe war ich schon dem Styx, ganz nahe
Dem giftgeschwollnen Cerberus;
Ich hörte schon das Rad Irions rasseln, sahe
Die Brut des Danaus

Verdammt zum Spott bei bodenlosen Fässern;
Und Minos Antlitz und das Feld
Elysiums; *) den großen Ahnhern eines grössern
Urenkels, und sein Zelt

Voll wackrer Brennen sah ich: hörte Lieder,
Von ihm bei jedem Freudenmahl
Von ihm, der wider sechs Monarchen ficht, und wider
Satrapen ohne Zahl.

Schon säng' ich seine jüngste That, wie brausend
Ein Meer von Feinden ihn umfing,

---

*) Leseart der Ausgabe vom Jahre 1772. Vom J. 1801 lautet:

Schon wär' ich diesen immer neuen Scenen,
Womit das Jahr den Erdkreis ziert,
Entrissen, und dem Arm der Freundschaft, und den schönen
Entwürfen, halb vollführt,
Schon säh' ich, rings von Stygischen Gewässern
Umwunden, das geheime Feld
Elysiums! ꝛc.

Er aber seinen Weg hindurch auf zehntausend
  Zertretnen Schädeln ging.
Alcäus würde jetzt mein Lied beneiden;
Schon säh' ich Cäsarn lauschend nahn,
Und bald den weisen Antonin, und den mit beiden
  Vertrauten Julian.
Allein Merkur stand neben mir und wandte
Durch seinen wundervollen Stab
Den Ball, der mich ins Reich der Nacht zu schleudern brannte,
  Von meinen Schläfen ab.

Denn stärker soll ich noch die Laute schlagen,
Wann er durch Weihrauchwolken zeucht,
Die Kriegesfurie gefesselt an den Wagen
  Des Ueberwinders keucht;

Wann er auf einem Throne von Trophäen
Rund um sich her der Künste Kranz,
Und wir im Musentempel seine Siege sehen,
  Versteckt in Spiel und Tanz;

Wann er, ein Gott Osir! durch unsre Fluren
Im seligsten Triumphe fährt,
Indeß der Ueberfluß auf jede seiner Spuren
  Ein ganzes Füllhorn leert.

B. Unitas affectuum, quæ in odis æque desideratur, quam unitas actionis in epopœia vel dramate; et consistit in eo, ut affectus, licet sint varii, omnes tamen ad eundem primarium odæ affectum referantur. Quemadmodum autem unitas actionis minime excludit actiones secundarias, quæ primariam actionem vel adjuvant vel impediunt; sic etiam unitas affectus non excludit affectus secundarios primario affines, vel quacumque ratione connexos, qui varietatem suavissimam huic carmini conciliant. Sic spes e. g. jungitur cum timore, cum lætitia. Ita in præcedente oda lætitia ex averso vitæ periculo est affectus primarius, licet ordiatur poeta plenus ira in tormentum bellicum, quo ictus brevi occubuisset; hac enim rerum conditione lætitia cum ira et metu e recordatione periculi superati optime conjungitur. Aptissime apud Horat. Carm. I. 3. tener in Virgilium amor jungitur cum indignatione in auctorem navigationis. Exemplum præbet etiam Carmen Klopstokii: Der Zürchersee.

C. Sublimitas est exaltatio seu elevatio quædam animi supra priorem suum statum, et perceptio simul hujusmodi elevationis. Ex hoc sublimi cogitandi modo oriuntur sublimes imagines, quæ lectoris animum percellunt, et su-

pra ideas communes extollunt. Est vero sublimitas alia imaginis, cogitationum alia.

Sublimitas imaginis est, cum præsens imago spiritum supra omnes ideas rerum communes et solitas extollit. Talis est imago viri Constantis apud Horat. L. III. 3.

Si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ. Vel illa Halleri descriptio:

Die schnellen Schwingen der Gedanken,
Wogegen Zeit und Schall und Wind,
Und selbst des Lichtes Flügel langsam sind,
Ermüden über dir, und finden keine Schranken.

Sublimitas cogitationum sita est in cogitationibus prope hominum cogitandi modum transgressis, et quæ tamquam in edito aliquo loco collocatæ res omnes infra se positas immotæ despiciant. In eodem exemplo tranquillitas hominis ruinam orbis in se corruentis irretorto animo et oculo spectantis, est sublimitas cogitationis.

D. Brevitas, quæ est adcurata et justa sermonis liberioris lyrici contractio. Nec enim affectus vehemens erumpens, nec elevatio supra communem cogitandi modum diutius durare possunt. Præterea omnes cogitatus ad affectum non pertinentes et otiosæ imagines negligendæ.

E. Suavitas, quæ in eo consistit, ut et cogitatus ipsi suaves sint, et elocutio versuumque structura sit harmonica; ut poeta objectum sibi canendum sumat, quod magnitudine animos teneat, et per novum, insolitum, mirum, inexpectatum tam in ipsa inventione, quam in elocutione aut per sales et argutias animos excitet et abripiat. Novum imprimis requiritur ad excitandam attentionem. Novum autem vel ipsi objecto inest, vel ex objecto cæteroquin noto, nova autem ratione tractato oritur. Sic pictor rei sæpius depictæ novitatem conciliabit eligendo aliud actionis momentum, vel aliud ejusdem adjunctum, vel rem eandem simplicius repræsentando. Inter alia novitatis exempla, quam adfert elocutio, serviat locus Virgilii:

Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum late, pro: pascentes.
At Venus obscuro gradientes ære sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu.
pro: oculis eos subduxit Dea.
Dixerat, et spissis noctis se condidit umbris.
pro: Venus disparuit.

Novum habet suos gradus. Sunt enim nova, quæ post longum temporis aut loci intervallum iterum conspicimus; sic amicus longe absens in reditu novi quid habet, quia eum

intuentes illa cogitamus, quæ expertus est. — Superioris gradus novum est, ut supra. Sic animal v. g. leo dudum antea descriptus sed primum visus, nobis est novus; vel etiam illa objecta, quæ cum notis aliquam habent similitudinem. Supremi denique gradus sunt illa, quæ nullam plane cum notis habent similitudinem.

§. 78.

Hymnus.

Ad odam refertur quoque hymnus græcæ originis, species antiquissima, qui erat apud Græcos cantus in cultum et laudem Deorum hominumque, et in sacrificiis solennibus ac festis diebus decantabatur. Antiquissimi hujus generis sunt hymni Orphei et Homeri, qui metro heroico concinnati magis narrationis formam præ se ferebant. Callimachus primum eosdem forma lyrica exhibuit, et tum complectebantur magis elevationem animi quam descriptionem vel narrationem attributorum alicujus Dei. Pro diversitate toni et characteris erant vel pæanes vel dithyrambi.

Apud recentiores vero hymnus est cantus nonnisi de rebus sacris et divinis, et de sublimioribus naturæ phœnomenis, ut e. g. Klopstocks Frühlings-Feyer; Stolbergs Hymne an die Erde; Neubecks Hymne an Hygiea; Knebels Hymne an die Sonne; Schillers Hymne an die Freude, Thomson's an die Jahreszeiten u. a. m. *)

Regnat in eodem devotio animi, contemplatio, admiratio, adoratio attributorum operumque supremi Numinis. — Materia hymnorum exigit elocutionem summa simplicitate et summa dignitate insignem. Hymnus enim non habet diversum ab oda characterem. In hoc solum differt, quod summa sanctitas et beatitudo Dei in ardore poetici enthusiasmi hymno majorem quam in oda vigorem et calorem addit, quamquam non necessario requiritur, ut adhuc altius hymnus quam oda elevetur.

Præstantissima hymnorum exempla habentur in sacra scriptura. Psalmi sunt sacra Cantica Hebræorum, quæ tempore Davidis summum splendoris apicem attigerunt. (Stolberg im 2. Bande der Geschichte der Religion Jesu S. 452 sagt: Psalmen sind die reinsten Ergüsse göttlich begeisterter Liebe, es ist

*) Die Hymne (im str. S.) ist eine Ode mit feyerlich religiöser Erhebung zu dem höchsten Wesen, und zwar entweder unmittelbar, oder in seinen Geschöpfen, lebenden oder leblosen.

der erhabenste Schwung des freiesten Geistes. Wer vermag die Flamme des Himmels in Schalen aufzufangen?

§. 79.

Dithyrambus.

Medium quasi locum inter odam et hymnum tenet dithyrambus, quoque græcæ originis, qui olim erat cantus in honorem Bacchi audacia cogitatuum insolita, versibusque lege solutis ad licentiam Bacchantium proxime accedens; erat enim eruptio enthusiasmi ebrii. Nostra ætate hoc nomine compellatur cantus, qui ad certam et definitam metri necessitatem minime adstrictus libere evagatur. Quamvis vero in eo leges metri transgredi et pro libitu absque necessario sensationum expositarum nexu moveri liceat; nunquam tamen contra pulchrum peccare, et in apto motu libero vestigia æstheticæ unitatis adesse debent.

Obscuros fuisse olim dithyrambos inde colligitur, tum, quia poetæ jam ebrii eosdem cecinerunt, tum quia religio Bacchi plurimis abundabat mysteriis; quare Aristophanes hosce poetas confert cum sophistis et circumforaneis, et Horatius de Pindari dithyrambis ait:

— Per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit, numerisque fertur
Lege solutis. L. IV. od 2.

§. 80.

In carminis lyrici genere excelluerunt. Apud Græcos: „Pindarus, Alcaeus et Sappho. In hymnis: Orpheus et Homerus, Callimachus et Cleanthes. *) Apud Romanos: Horatius. Ex odis Horatii ad hymnos referendæ sunt Carm. L. I. 10, 21, 30, 31, 35. L. II. 19. L. III. 11, 22, 25, 26. L. IV. 1, 3, et carmen sæculare ad Apollinem et Dianam. L. III. 25 est dithyrambus.

---

*) Leider sind uns von den vielen Lyrikern der gesangreichen Hellas nur höchst unbeträchtliche Bruchstücke; von vielen auch nicht diese übrig geblieben. Unwiederbringlich verloren sind die Dithyramben, Päane und andere Arten religiöser Poesie; verloren die Menge von Elegien, verloren die Tisch- und Trinklieder, verloren die mannigfaltigen Volksgesänge, durch welche man sich bei den verschiedenen Hausgeschäften zur Arbeit ermunterte.

Die deutschen Odendichter sind: Matthisson. Eine reichliche Ernte der lyrischen Kunstwerke findet man in Matthisson's lyrischer Anthologie; Klopstock, Denis, Baggesen, Hagedorn, Heydenreich, Haller, Blum, Goethe, Kleist, Kramer, Kosegarten, Schiller, Salis, Ramler, Gr. Stolberg, Uz, Schlegel, Cronegk, Mastalier. Unter unsern neuern vaterländischen Dichtern: Deinhardstein, Halirsch, Castelli, v. Hammer, u. A. Hymnen Dichter: Kramer, Klopstock, Herder, Lavater, Schiller, Fr. Leop. Gr. zu Stolberg, Wieland u. A. Dithyramben schrieben: Schiller, Willamow.

§. 81.

Cantica.

Alteram speciem carminum lyricorum constituunt Cantica (Lieder). Est vero canticum illud poema lyricum, quod in expositione unius sensationis (Empfindung) vel affectus consistit, adeoque cum oda in plenitudine affectus convenit. Differt autem ab oda sequentibus: 1) Animi motus in Cantico sunt leniores, quamquam objecta sublimiora esse possint. 2) Canticum semper cantui adcommodatum esse debet, ita ut melodia unius strophæ apta et æqualis sit cæteris omnibus, ideoque omnes strophæ eamdem habent formam, et singuli versus iisdem constant pedibus, talis enim conformitas cantui servit. Singuli versus sensum commate, singulæ strophæ puncto periodum absolvant. 3) Affectus vehementia ubique est eadem, secus in oda, ubi jam assurgit affectus, jam ad suavitatem remittitur. 4) Unica tantum animi sensio in cantico exprimitur, ut animus eadem magis magisque moveatur; adeoque digressiones ad alia quæcumque objecta hic locum habere nequeunt.

Argumentum Cantici est duplex: a) Vel poeta præsentem animi motum describit; e. g. gaudium, gratum animum, vel ipsum objectum, quo commotus fuerat, canit. b) Vel veritatem aliquam contemplatur, quæ animum afficit tenetque. *)

---

*) Der alte Sänger der Fürstengruft und des „ewigen Juden," Chr. Fr. Dan. Schubart nennt das Lied (in s. kurzgefaßten Lehrbuche der schönen Wissenschaften) den Ausdruck sanfter Empfindungen in harmonischen Strophen. — J. Eschenburg „in s. Entwurf ꝛc. bemerkt: Das Lied habe den Hauptcharakter des vollen Ausdruckes der Empfindung, und die daraus hergeleiteten Erfordernisse mit der Hymne und der Ode gemein; nur seyen die darin ausgedrückten Gefühle gewöhnlich von sanfterer Art, und die Gegenstände, welche sie veranlassen, seyen

Elocutio cantici est simplex, aliena ab omni artis studio; sententiæ ejus sunt breves, breves item descriptiones, nexus verborum facilis, voces et imagines sunt notæ et obviæ. Pro argumenti ratione dividuntur Cantica in sacra et profana.

Sacra Cantica sunt preces ad Deum et expositio sublimis motus, quo correpti sumus, cum perfectissimam Dei naturam, ejusque omnipotentiam contemplamur, et naturalem conditionem durante omni præsente et futura vita respectu ejus consideramus. Est igitur expressio grati animi nostri, admirationis, considerationis nostrorum officiorum, doloris de peccatis et spei de præsenti tempore et futuro. Huc pertinent Cantica moralia seu ethica, quæ virtutes colunt et commendant.

Canticum profanum est expositio sensationis, quæ excitatur eventu quodam vitæ nostræ et aliorum; et est populare, dum amorem patriæ aut alia bonorum civium studia excitat, aut eventus notabiliores memoria tradit; est sociale, quod ad exhilarandas societates et convivia canitur.

Scriptores Canticorum sunt; Græcorum: Anacreon, Sappho; Romanorum: Horatius, Catullus; Germanorum: Ha=

---

minder erhaben, minder feyerlich und von weniger ausgebreitetem Einfluße. Versart und Sylbenmaß ständen mit jenen Bestimmungen im Verhältnisse. — Prof. Fr. Ficker äußert sich „in s. Aesttheitk" über den Charakter des Liedes dahin, daß es eine bestimmte, in sich abgeschlossene, reine Gemüthsstimmung ausdrückt; ein Gefühl, welches die Seele sanft bewegt hat, darstellt, und ebendeßwegen, weil dieses Gefühl mit sich selbst im Ebenmaße steht, auch einen leicht faßlichen, einheitlichen Grundboden fordert, welcher in jeder Bewegung vernehmbar anschlägt.

Prof. J. G. Seidl stimmt mit unserer oben gegebenen Definition überein, wenn er sagt: Das Lied ist ein Gedicht, in welchem sich eine Empfindung als solche ausspricht. So kurz diese Definition ist, so dürfte sie doch Alles enthalten, was zum Liede gehört, und Alles ausschließen, was ihm nicht zukommt. Das Lied ist ein Gedicht, welches eine Empfindung ausspricht, mithin ein lyrisches Gedicht, ein subjectives.

Die Empfindung ist etwas Unbegränztes; ihre Contouren verschwimmen und verlieren sich ohne bestimmte Form. Im Lied als Wortdichtung liegt der Keim, die Musik entwickelt ihn. Ein Lied muß daher, wie Goethe in s. Gedichte an Lina sagt, gesungen werden, wenn man es ganz fühlen soll, und ein Lied, welches im Gesang erst ganz gefühlt wird, ist ein wirklich gutes Lied.

gedorn, Gleim, Lessing, Cronegk, Claudius, Bürger, Hölty, Goethe, Herder, Jacobi, Miller, Schiller, Salis, Sophie Mernau, Jen Baggesen, Matthisson, Voß, Uz, Zachariä, Lavaters patriotische Lieder u. A.

§. 82.

Sunt nonnulla minora ac leviora præter recensita carmina lyrica et quidem:

a) Carmen Sonett, quod est sincera et tenerrima animi expositio, quæ elocutione jam leniore, jam fortiore exprimitur. Constat 14 versibus ejusdem longitudinis, quorum primi octo duabus strophis et reliqui sex vel una vel etiam duabus absolvantur, ita ut prima et secunda stropha quatuor, tertia et quarta tribus constent versibus. Hæc poeseos forma initio seculi decimi tertii inter vates provinciales erat familiaris. In Italiam medio eodem seculo pervenit, quam Arezzo primum et Petrarca maxime excoluerunt. In Germaniam introducta est hæc forma sub medium seculi 17mi. per Opiz et Weckherlin, postea a pluribus exculta est e. g.

Chi vuol veder quantunque può natura,
E'l ciel tra noi, venga a veder costei,
Ch'è sola un Sol, non pur agli occhj miei,
Ma al mondo cieco, che virtù non cura.

E venga tosto, perché Morte fura
Prima i migliori e lascia stare i rei,
Questa aspettata al regno degli Dei.
Cosa bella mortal passa e non dura.

Vedrà, s'arriva a tempo, ogni virtute,
Ogni belezza, ogni real costume
Giunti in un corpo con mirabil tempre.

Altor dirà, che mie rime son mute,
L'ingegno offeso dal soverchio lume:
Ma se più tarda, avrà da pianger sempre.

Petrarca.

Wir setzen hieher zwei Arbeiten von zwei bedeutenden Dichtern, deren erste (von A. W. Schlegel) die Regeln und das Lob des Sonnet's selbst enthält, das andere (von Goethe) auf die Mängel dieser Form aufmerksam macht:

Zwei Reime heiß' ich viermal kehren wieder
Und stelle sie getheilt, in gleiche Reihen,
Daß hier und dort zwei eingefaßt von zweien,
Im Doppelchore schweben auf und nieder.

Dann schlingt des Gleichlauts Kette durch zwei Glieder,
Sich freier wechselnd, jegliches von dreien,
In solcher Ordnung, solcher Zahl gedeihen
Die zartesten und stolzesten der Lieder.

Den werd' ich nie mit meinen Zeilen kränzen,
Dem eitle Spielerei mein Wesen dünket,
Und Eigensinn die künstlichen Gesetze.

Doch, wem in mir geheimer Zauber winket,
Dem leih' ich Hochheit, Füll' in engen Grenzen
Und reines Ebenmaß der Gegensätze.

* * *

Sich in erneutem Kunstgebrauch zu üben,
Ist heil'ge Pflicht, die wir dir auferlegen.
Du kannst dich auch, wie wir bestimmt bewegen
Nach Tritt und Schritt, wie es dir vorgeschrieben.

Denn eben die Beschränkung läßt sich lieben,
Wenn sich die Geister gar gewaltig regen;
Und wie sie sich denn auch geberden mögen,
Das Werk zuletzt ist doch vollendet blieben.

So möcht' ich selbst in künstlichen Sonetten,
In sprachgewandtermaßen kühnem Stolze
Das Beste, was Gefühl mir gäbe, reimen;

Doch weiß ich hier mich nicht bequem zu betten,
Ich zimm're sonst so gern aus ganzem Holze
Und müßte nun doch auch mitunter etwas leimen.

b) **Carmen Rondeau** (Rundgedicht) constat duabus strophis, quarum prima octo, altera sex versibus absolvitur; in singulis strophis duos tantum habet alternantes rhythmos e. g.

Sieh, wie die Frühlingskinder nicken
Dort, in dem grünen Maienthale;
Lass' uns die Holderblüthen pflücken
Zum Festesschmuck im hohen Saale.
Auch sollen sie der Freude Schale
Nur leise mit dem Ranke drücken,
So daß uns höheres Entzücken
Begeistert bei dem Bundesmahle,
Der Lieb' und Freundschaft.

Oft übt das Schicksal seine Tücken
Bei kaum erglänztem Freudenstrahle,
Wie schön die Hoffnung Bilder male;
Die Wirklichkeit will sich nicht schicken.
Drum mit der Rührung milden Blicken

Lass' uns einst nah'n dem Trauermahle
Der Lieb' und Freundschaft.
Besseldt.

c) Carmen Madrigal. Hoc nomine veniunt omnia minora carmina, in quibus animi teneritudo, inversiones acutæ (feine Wendungen), et ingenium facile ac jocosum præcipue regnant. Olim non plures ac undecim, nec pauciores ac sex versus complectebatur, quorum singuli parem syllabarum numerum habebant; modo ista versuum indoles (possunt enim esse liberæ longitudinis et rhythmi) ac numerus minus diligenter curantur e. g.

Die Lebenszeit.

Die Zeit entflieht; wie dieser Bach,
Wie dieß Gewölk, entflieht die Zeit.
Ein Thor sieht ihr mit Wehmuth nach;
Ein Weiser, der für heut,
Und nicht für morgen lebt,
Kann, eilet sie gleich mit den Winden,
Ihr doch, so sehr sie weiter strebt,
Die regen Flügel binden. —
Ist unser Leben nur ein kurzer Weg,
So laßt uns diesen kurzen Weg,
So lange wir ihn gehen,
Mit Rosen übersäen.
Götz.

d) Carmen Triolett est brevius Rondeau, octo, novem vel decem constans versibus, quorum si octo sunt, versus primus post tertium, primus et secundus post sextum repetuntur e. g.

An drei Schwestern.

Schöne Schwestern, von euch dreien
Welcher huldigt meine Pflicht?
Zweifelnd wünsch' ich, zürnet nicht!
Schöne Schwestern, von euch dreien
Mich der Freundlichsten zu weihen,
Die mehr Zärtlichkeit verspricht.
Schöne Schwestern, von euch dreien
Welcher huldigt meine Pflicht?
Voß.

Von Tiedge.

Fließ hinab mein stilles Leben!
Hier ist nicht das Thal der Ruh,
Trüb und schleichend zitterst du,
Von Cypressennacht umgeben,
Deinem Wasserfalle zu.

Fließ, o fließ hinab mein Leben,
Wo die Segnungen der Ruh
Um mein still'res Ufer schweben!
Fließ, o fließ hinab, mein Leben
Dort, wie still! was zögerst du? —

§. 83.

Cantata.

Ad poesim lyricam referimus poema, quod apud nos nomen gerit Cantata. Originem ducit ab Italis, et primum sæculo 17. introducta est, cujus objectum simul per musicam exponi potest. Secundum ejus characterem ad canticum pertinet, potest etiam odæ et hymno prope accedere. Strophæ non sunt ejusdem semper speciei, sed diversæ, neque est æqualis affectus vehementia, quæ jam augetur, jam remittitur. Id vero necesse est, ut ejusdem singulæ partes unum totum efficiant.

Quoniam vero Cantata ad musicam componitur; ideo poeta in adornando hoc poemate in electione objecti et in ejusdem tractatione, in metro, in versibus, choris et ariis, imo et in usu singularium vocalium et consonantium seu euphoniæ, imaginum et imprimis sensuum continuo rationem musicæ seu musicam componentis habere debet; quare hic necessarium est, ut poeta ipse sit musicus, qui par sit sequendo musicum enthusiasmum, et contra musicus sit quoque poeta. Musici enim est, id, quod a poeta leviter tantum indicatum est, tonis musicis describere, aut ope musicæ convenientes excitare sensus. Nonnunquam solus poeta suos declarat sensus, subinde se aut aliam personam narrantem inducit; hæc narratio refertur tum ad recitativum.

Dividitur Cantata in sacram et profanam. Cantata sacra, quæ etiam Oratorium dicitur, destinatur ad celebrandam Dei magnitudinem vel ad exponendas actiones et veritates religionis positivæ, e. g. Die Schöpfung von Haydn; das Vater Unser von Neumann.

Profana autem celebrat objectum quoddam vitæ, artis aut conditionis civilis: (Lob der Musik) von Meißner; (Kampf und Sieg) von C. M. Weber; oder Geburtstagscantaten 2c.

Utraque quidem dramatice tractari potest; differt tamen a dramate, etiamsi formam habeat dialogi, eo, quod in Cantata nulla proprie actio continetur. Si plures inducun-

tur personæ, oritur dialogus poeticus; si una inducitur persona, oritur monologus lyricus, qui a monologo dramatico eo distinguitur, quod succedentem affectum describens characterem seu indolem carminis lyrici induit, et ad affectum in aria subsequuturum præparat. *)

Forma externa Cantatæ consistit in alternatione recitativorum, ariarum, et chori. Recitativum excitat et præparat affectus audientium et sensationes (Empfindungen) exponendas. In eodem vel una vel plures loquuntur personæ. Metrum in eodem non est idem, nec eadem versuum longitudo, rhythmus vero minime necessarius.

(Recitativum obligatum seu Accompagnement dicitur, si musicus locum hunc instrumentorum concentu comitatur, quo regnans in eodem sensatio eo fortius ac vividius exprimatur.)

Aria est, in qua ipsa sensatio primaria sed una tantum exponitur, ad musicam conformis, ideoque longiorem moram canentium personarum vel auditorum admittit. Aria, quam duo cantant, dicitur Duett, in qua imprimis sensatio viget; si tres sunt personæ, Terzette, Quartette, si quatuor, Quintette, si quinque canunt personæ.

(Die Arie enthält den Ausdruck der Gesinnungen und Gefühle bei gewissen Vorfällen und deren Erzählung, welche durch das Recitativ geweckt werden.) —

Chorus gerit concentum omnium in unum sensus animum, quæ per Cantatam aut per singulas ejus partes præparatæ sunt, et repræsentat motum internum seu animi sensus totius congregationis. (Der Chor spricht das Gesammtgefühl aller gegenwärtigen Personen bei einer Begebenheit aus. Daher enthalten die Chöre solche Stellen, in welchen viele Personen zu einerlei Gedanken und Empfindungen erweckt werden. — Der Tod Jesu, Auferstehung und Himmelfahrt von Ramler geben Beispiele.)

---

*) Die Cantate (italischen Ursprungs) ist ein Singspiel mit Instrumentalbegleitung, in welchem Betrachtungen und Gefühle über einen Gegenstand, in verschiedenen, abwechselnden, der musikalischen Darstellung angemessenen Sätzen entwickelt werden. Gegenstände der Cantate sind: anziehende Naturscenen, welche humane Gefühle und Empfindungen überhaupt erwecken, z. B. Jahrszeiten; oder interessante Begebenheiten aus dem menschlichen Leben in moralischer, politischer, religiöser Rücksicht. Eine Cantate kann daher entweder betrachtend- oder erzählend- oder belehrend lyrisch seyn.

Chor.

Sein Odem ist schwach; seine Tage sind abgekürzet; seine Seele ist voll Jammer; sein Leben ist nahe bei der Hölle.

Recitativ.

Ihr Palmen in Gethsemane,
Wen hört ihr so verlassen trauern?
Wer ist der ängstlich Sterbende?
Ist das mein Jesus? — Bester aller Menschenkinder,
Du zagst? Du zitterst? gleich dem Sünder,
Auf den sein Todesurtheil fällt?
Ach seht! er sinkt belastet mit den Missethaten
Von einer ganzen Welt.
Sein Herz, in Arbeit fliegt aus seiner Höhle,
Sein Schweiß rollt purpurroth
Die Schläf' herab. Er ruft: betrübt ist meine Seele
Bis an den Tod!
Laß, Vater, diese Stunde,
Laß sie vorübergehn!
Nimm weg, nimm weg den bittern Kelch von meinem Munde. —
Du nimmst ihn nicht? — Wohlan, dein Wille soll geschehn! —

Ecce narrationem et affectum jam sequentem præparatum.

Arie.

Held, auf den der Tod den Köcher
Ausgeleert,
Hör' am Grabe den, der schwächer
Trost begehrt!
Gottmensch nimm dich seiner an!
Wann ich am Rande dieses Lebens
Abgründe sehe, wo vergebens
Mein Geist zurücke strebt;
Wann ich den Richter kommen höre
Mit Wag' und Donner, und die Sphäre
Von seinem Fußtritt bebt:
Welch ein Gott vertritt mich dann?
Held, auf den der Tod den Köcher
Ausgeleert,
Hör' am Grabe den, der schwächer
Trost begehrt.
Gottmensch nimm dich seiner an!

(Tristitia et metus in toto hoc loco.)

Recitativ.

Der Held erhebt sich von der Erde,
An seines Engels Hand,
Und sucht die Jünger auf, die seine Seele liebet.

Die Jünger hat ein Schlummer übermannt;
Hier liegen sie gestützt mit trauriger Geberde.
Betrachtend steht der Menschenfreund und spricht,
Mit über sie gehängtem holden Angesicht:
»Der Geist ist willig, nur der Leib ist schwach!«
Und bückt sich, Petrus Hand sanft anzurühren, nieder:
Auch du bist nicht mehr wach?
O wacht, und betet meine Brüder!

Arie.

Ein Gebet um neue Stärke
Zur Vollendung edler Werke
Theilt die Wolken, dringt zum Herrn,
Und der Herr erhört es gern!
Klimm' ich zu der Tugend Tempel
Matt den steilen Pfad hinauf:
O so sporn' ich meinen Lauf,
Nach der Wanderer Exempel,
Durch die Hoffnung, jener schönen
Ueber mir erhabnen Scenen,
Und erleichtre meinen Gang
Mit Gebet und mit Gesang.

(En spem in hoc loco expressam.)

Recitativ.

Es klingen Waffen, Lanzen blinken bei dem Schein
Der Fackeln, Mörder dringen ein,
Ich sehe Mörder! — Ach es ist um ihn geschehen!
Er aber unerschrocken, nahet sich
Den Feinden selbst; großmüthig spricht er: »Sucht ihr mich,
So lasset meine Freunde gehen.«
Die schüchternen Gefährten fliehen auf dieses Wort.
Ihn bindet man, ihn führt man fort.
Sein Petrus folgt, der einzige von allen.

Terzett.

Alle drei.

Rette mich, ich flehe dir
Gott der Menschen, Gott der Götter!
Rette mich!

1.

Die mich liebten, fliehn zurück,
Mächtig sind sie, die mich hassen,
Schwach bin ich.

2.

Offne Gräber drohen mir,
Stürme, Fluthen, Donnerwetter
Rüsten sich.

3.

Sieh, wie mich des Todes Strick
Und der Höllen Band umfassen,
Rette mich!

Alle drei.

Rette mich, ich flehe dir,
Gott der Menschen, Gott der Götter!
Rette mich!

Als Dichter der Cantaten zeichnen sich aus: Ramler (der Tod Jesu); Meißner (Lob der Musik); — Meinert (Böhmens Befreiung); — dann Gerstenberg, Niemeyer, Jacobi, Bürde, van Swieten.

Als Tonsetzer: J. Haydn (Schöpfung, Jahrszeiten); C. M. Weber (Kampf und Sieg); Winter (Timotheus); dann Händel, Rolle, Wolf, Romberg. Von der musikalischen Poesie Conf. Krause.

Schluß.

Die Eintheilung der behandelten Gattungen der Poesie gründet sich allerdings theils auf den Inhalt und dessen Tendenz, theils auch auf die Form. Eben deßhalb aber kann manche Dichtungsart, je nachdem die Form oder der Stoff der überwiegende Theil wird, sich einer andern nähern. So z. B. ist die Heroide bald mehr lyrisches Gedicht, bald mehr tragischer Monolog; die poetische Epistel gehört bald mehr der Lyrik, bald mehr dem Lehrgedichte an, die Satyre bald mehr der beschreibenden, bald mehr der didaktischen Poesie, die Fabel bald mehr der erzählenden, bald mehr der didaktischen, die Idylle bald mehr zur erzählenden, bald mehr zur beschreibenden, manchmal zur dramatischen Dichtungsform.

Das echte Genie knüpft hier allerdings Verbindungen, die manche glückliche Neuerung veranlassen.

Da aber die Erfahrung lehrt, daß die Beschränkung der praktischen Uebungen in einem Style den Jüngling mehr ermüdet, als in ihm ein Lustgefühl erweckt, weil er sich gern nach Veränderung und Abwechslung sehnet; (varietas delectat) so muß die Poesie an das Studium der Redekunst geknüpft werden; denn das Auffassen poetischer Schönheit muß auch auf denjeni-

gen eine wohlthätige Wirkung äußern, dessen produktive Thätigkeit eine von der Poesie verschiedene Richtung nimmt. Deßhalb soll in der Reihe praktischer Uebungen Abwechslung eintreten; es müssen sich nemlich an die rhetorischen Arbeiten die passenden Dichtungsarten, deren Studium zur Bildung des Geschmacks mitwirken, und eben diese angenehme Abwechslung bieten soll, anschließen.

Der auf die Individualität und Fassungskraft seiner Zöglinge aufmerksame Lehrer wird die Wahl des Stoffes zu solchen stylistischen Arbeiten geschickt zu treffen wissen.

Nach der eigentlichen Stuffenfolge der Behandlung eines rhetorischen Thema entstehen drei Arten des rhetorischen Aufsatzes: die Periode, die Chria und die Rede, (nebst den hieher gehörigen Stylübungen: Beschreibung, Brief, Erzählung, Dialog u. s. w.), welche in der Reihe praktischer Uebungen als die wichtigsten anzusehen sind. An diese schließen sich die passenden Dichtungsarten: das Epigramm; die poetische Erzählung u. a. — ferner die Lyrik; das Lehrgedicht, die Satyre, Romanze und Ballade; — endlich das Drama und Epos. —

Hieraus erhellet, wie einseitig die Behauptung sei, daß Dichter geboren, Redner gezogen werden; oder nach dem bekannten Sprichworte: **Poetæ nascimur, oratores fimus.** Richtiger ists: **Et poeta et orator nasci simulque fieri debent.** Alles muß eingeübt werden.

Denn Erfindung eines Ideals, ohne Fertigkeit zweckmäßiger Darstellung erzeugt regellose Auswüchse, wilde Kraftfülle, Gedankenphantome, wovon Horaz so trefflich singt:

Nec rude, quid prosit, video ingenium.

Für den echten Dichter müssen allerdings zwei Mächte unzertrennlich und mit vereinter Kraft wirken: Natur und Kunst. Die erstere gibt ihm das poetische Naturell, dessen Hauptbestandtheile Einbildungskraft, Beweglichkeit und Tiefe des Gemüths sind. Nur dadurch wird er der Begeisterung fähig. Man kann ein poetischer Mensch, und doch kein Dichter seyn; der Dichter aber muß stets ein poetischer Mensch seyn. Auch das glücklichste angeborne Talent kann die höhere Kunstbildung nicht entbehren. Mit ihr sind nothwendig verbunden Fleiß und Uebung. Die größten Dichter aller Nationen waren in ihren Kunststudien unermüdet eifrig.

Zum Schlusse lasse sich daher der Lehrling Zweierlei angelegen seyn: Hochachtung für die Regel, d. i. für Alles, was die Fertigkeit der Darstellung seiner geistigen Bilder fördert, und eifriges Studium der besten Muster; gedenkend an Schiller's Worte in der Glocke:

Von der Stirne heiß
Rinnen muß der Schweiß,
Soll das Werk den Meister loben:
Doch der Segen kommt von Oben.

§. 84.

Schema metrorum lyricorum.

Numerus versuum strophicus (strophische Versmaße), in quibus dactylus regnat, est imprimis metrum alcaicum et sapphicum.

I. Schema metri alcaici, quod est omnium magnificentissimum, sequens est:

— — | ᴗ — | — | — ᴗ ᴗ | — ᴗ ᴗ
ᴗ — ᴗ ᴗ
— — | ᴗ — | — | — ᴗ ᴗ
ᴗ
— — | ᴗ — | — — | ᴗ — | —
ᴗ —
— ᴗ ᴗ | — ᴗ ᴗ | — ᴗ | — ᴗ

Aequam memento rebus in arduis
Servare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli!

Stets gleichen Muth, wenn hart dich das Schicksal drängt,
Denk' dir zu wahren, doch ist das Glück dir hold,
Dann auch zu übermüthige Freude,
Dellius, zähme, denn sterben mußt du.

II. Metrum sapphicum seu stropha sapphica constat ex triplici repetitione ejusdem versus:

— ᴗ | — — | — ᴗ ᴗ | — ᴗ | — ᴗ

et in fine addito adonio — ᴗ ᴗ | — ᴗ

Jam satis terris nivis atque diræ
Grandinis misit pater, et rubente
Dextera sacras jaculatus arces
Terruit urbem.

Hor. I. Od. 2.

Schon genug traf schreckend mit Schnee und wildem
Hagelschlag uns Jupiter, und die heil'gen
Höhen mit rothstrahlender Rechte schmetternd
Schuf er der Stadt Angst.

Eschen.

Sapphico simillimus est versus hendecasyllabus; nam in versu Sapphico est dactylus in tertio pede; in hendecasyllabo cadit in secundum; est igitur

– ᴗ | – ᴗ ᴗ | – ᴗ | – ᴗ | – ᴗ

qui prosæ maxime accedit, et in thematis tenuioribus adhibetur,

III. Metrum choriambicum dicitur, in quo choriambus (– ᴗ ᴗ –) regnat. Huc pertinet metrum choriambicum asclepiadeum, constans ex versibus asclepiadeis:

– ᴗ | – ᴗ ᴗ – | – ᴗ ᴗ | – ᴗ ᴗ

Mæcenas atavis edite regibus;

Hic versus vocatur asclepiadeus minor; major his pedibus constat:

– – | – ᴗ ᴗ – | – ᴗ ᴗ – | – ᴗ ᴗ | – ᴗ ᴗ

Tune quæsieris scire nefas, quem mihi, quem tibi
Finem di dederint, Leuconoe; nec Babilonios
Tentaris numeros. Ut melius, quidquid erit, pati.
Hor. I. Od. 11.

Forsche, Leuconoe, nimmer, wann dir oder mir Götter das
End' der Tage bestimmt; frevelhaft ists. — Frag' nicht die Zifferkunst
Der Chaldäer darnach. Besser man trägt, was uns beschieden sei.

Uterque vel solus adhibetur; vel minor alternat cum versu Glyconio – – | – ᴗ ᴗ | – ᴗ ᴗ

Sic te diva potens Cypri,
Sic fratres Hellenæ, lucida sidera
Ventorumque regat pater,
Obstrictis aliis præter Japyga.
Hor. I. Od. 3.

Also lenke dich Cypria
Und das helle Gestirn, Helenas Brüder, und
Der gewaltig den Winden herrscht,
Alle halt' er in Haft, nur den Japyx nicht.

IV. Metri Asclepiadei plures dantur species:

a) Oda Asclepiadea, quæ constat solis versibus asclepiadeis ut supra: Mæcenas atavis edite regibus.

b) Oda Asclepiadeo-Glyconia; vel Glyconio-Asclepiadea, ut: Sic te diva potens Cypri &c., vel etiam, ubi tribus versibus Asclepiadeis subjungitur Glyconius:

Lucem redde tuæ, dux bone patriæ:
Instar veris enim vultus ubi tuus

Adfulsit, populo gratior it dies,
Et soles melius nitent.
Hor. IV. Od. 5.

Segne wieder mit Licht, gütiger Fürst, dein Land!
Denn sobald, wie der Lenz, heiter dein Angesicht
Zugelächelt dem Volk, fröhlicher eilt der Tag,
Heller strahlt ihm der Sonnenschein.

c) Oda Asclepiadeo-Pherecratico-Glyconia, ubi post duos versus Asclepiadeos sequitur unus Pherecraticus et unus Glyconius:

– –	– ∪ ∪	–	– ∪ ∪	– ∪ ∪
– –	– ∪ ∪	–	– ∪ ∪	– ∪ ∪
– –	– ∪ ∪	– ∪		
– –	– ∪ ∪	– ∪ ∪		

O fons Blandusiæ, splendidior vitro,
Dulci digne mero non sine floribus,
Cras donaberis hædo,
Cui frons turgida cornibus.
Hor. III. Od. 13.

O Blandusia-Quell, blinkender als Krystall,
Werth balsamischen Weins unter dem Blumenkranz!
Dir wird morgen ein Böcklein,
Dem die Stirne von Hörnchen keimt.

So auch bei Klopstock:

Schön ist Mutter Natur, deiner Erfindung Pracht,
Auf die Fluren verstreut, schöner ein froh Gesicht,
Das den großen Gedanken
Deiner Schöpfung noch einmal denkt.

V. Metrum Archilochium quatuor continet species:

a) Prima constat versibus hexametro et archilochio – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – alternantibus:

Diffugere nives redeunt jam gramina campis
Arboribusque comæ. Hor. IV. 1.

Schon ist verschwunden der Schnee, das Gras kehrt wieder den Fluren,
Bäumen das grünende Laub.

b) Secunda species complectitur tres versus: hexametrum, jambicum dimetrum, et archilochium.

Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
Findunt Scamandri flumina,
Lubricus et Simois. Epod. 13.

Deiner harrt die Assarakus Flur, die der kleine Scamandrus
Mit kalter Strömung trennt, und rasch
Simois Welle durchschlüpft.

c) Tertia species constat senario jambico, archilochio et jambico dimetro.

Contrane lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium!
Querebar, adplorans tibi. Epod 11.

Daß wider Gold doch nichts vermag des Armen Geist
Oder sein redliches Herz!
So klagt' ich oft mit Thränen dir.

d) Quarta species alternantibus versibus constat dactylico - Archilochio, et jambico - Archilochio:

− ∪ ∪ | − ∪ ∪ | − ∪ ∪ | − ∪ ∪ | − ∪ | − ∪ | − ∪
∪ − | ∪ − | − | − ∪ | − ∪ | − ∪ |

Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni:
Trahuntque siccas machinæ carinas.
Hor. I. 4.

Fröste des Winters zerthau'n, der liebliche Lenz und Zephyr kehret,
Den trocknen Kiel zieht an den Strand die Winde.

VI. Metrum Alcmanium componitur ex versu hexametro et Alcmanio, qui est hexameter duobus pedibus mutilatus:

Quo nos cumque feret melior fortuna parente,
Ibimus, o socii comitesque.
Hor. I. Od. 7.

Wo auch immer das Glück, mehr hold, denn der Vater, uns hinträgt,
Wollen wir geh'n, ihr Genoßen und Freunde!

VII. Metrum choreum duobus constat versibus, choreo et jambico.

− ∪ | − ∪ | − ∪ | − |
∪ − | ∪ − | ∪ − | ∪ − | ∪ − ∪

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Hor. II. Od. 18.

Weder Elfenbein durchblinkt
Noch goldenes Prunkgetäfel mir die Wohnung.

VIII. Præter hæc metra lyræ propria versum etiam jambicum Horatius in libro Epodon diversimode adcommodavit. Reliqua docebit lectio.

Nota. Ex hac versuum et stropharum lyricarum coordinatione repetitur odarum denominatio. Oda monocolos dicitur, quæ uno genere versuum constat; e. g. asclepiadea; dicolos, quæ ex duobus versuum generibus componitur; e. g. asclepiadeo - glyconia vel glyconio - asclepiadea, sapphica; tricolos, quæ tria versuum genera habet, e. g. Ode alcaica &c.

Distrophos dicitur oda, quum post secundum versum reditur ad primum, e. g. talis est glyconio - asclepiadea; tetrastrophos, quum post quartum versum fit conversio ad primum, quod plerumque fit. Hinc oda sapphica est dicolos tetrastrophos; alcaica est tricolos tetrastrophos &c.

Appendix I.

De Poesi in genere.

Caput primum.

De indole interna Poeseos, seu de notione et divisione Poesis.

§. 1.

Scriptiones vel orationes, quibus superiores animi vires exercitantur, ad oratoriam, quibus autem inferiores animi vires exercentur, ad artem poeticam præcipue pertinent, licet poetæ etiam nonnunquam in superiores agant mentis facultates. Unde liquet, alium esse stylum oratorium, poeticum alium.

Quævis igitur materia oratorie aut poetice potest tractari, prout auctor in eadem tractanda aut inferiorum aut superiorum animi facultatum habet rationem. Sic eventum eumdem aliter poeta in carmine epico, aliter historicus; præceptum quodcunque aliter philosophus, aliter poeta in carmine didactico tractabit. Si e. g. sententia: Gott weiß alles, ita effertur: Gott ist allgegenwärtig; er weiß, er sieht alles, was auf Erden, was im Himmel, was im tiefsten Abgrunde verborgen ist, oratorie est enunciata; nihil hic in facultates animi inferiores agitur. Poetice eamdem elegantissime ita tractavit Uz.

Allgegenwärtiger! ich bin
Dir nicht verborgen, wo ich bin;
Wollt' auch auf schnellen Schwingen
Mich an die fernsten Meere hin
Die Morgenröthe bringen.

Flieg' ich zum Himmel hoch empor,
Mich unter seinem Sternenchor
Im Glanze zu verstecken:
So bist du da, ziehst mich hervor,
Und Schande wird mich decken.

Steig' ich vor deinem Zorn herab
Ins Haus der Finsterniß, das Grab;
Du bist auch da zugegen,
Und schwingest Deinen Richterstab
Auf schauervollen Wegen ꝛc.

Sic item sententia: Das gegenwärtige Leben ist die Vorbereitung zum künftigen:

Mein Schicksal wird nur angefangen
Hier, wo das Leben mir in Dämm'rung aufgegangen:
Mein Geist bereitet sich zu lichten Tagen vor,
Und murrt nicht wider den, der mich zum Staub erkohr,
Mich aber auch im Staube liebet,
Und höhern Rang nicht weigert, nur verschiebet.

Uz.

§. 2.

Est vero Poetica seu Poesis, ut olim docuerunt, ars imitandi actiones humanas oratione; seu imitatio actionum humanarum cum fictione convenienti oratione expressa, (Poesie stellt Ideale echt humaner Empfindungen durch die Sprache dar); inde etiam primam ejusdem originem, ut cæterarum omnium artium a natura repetendam esse statuerunt, perfectionem autem a diuturnis observationibus ortum habere, præsertim Aristotelis Homerique præceptionibus.

Solam vero imitationem naturæ, qua omnes bonæ artes tenerentur, minime obtinere, patet α) quia non est perspicua et determinata, cum nihil statuatur, qualis ista sit natura, num vere existens, num ficta seu idealis? β) quia non est universalis, quæ omnium bonarum artium operibus accommodari possit; e. g. architectonicæ, artis musicæ, saltandi &c. γ) In ipsis artibus, quæ naturam imitantnr, sæpe displicent ea, quæ vel vulgaria sunt, vel ingratos excitant sensus; licet hæc omnia in natura vera inveniantur. Multa e contrario in natura displicent, quæ per artem exhibita oblectant, quod scilicet arte naturæ objecta redduntur pulchriora per sermonem, cantum, figurarum pulchritudinem, quo fit, ut voluptas in nobis excitetur.

Suprema igitur lex omnium bonarum artium est: Exhibe opus tale, quo animus suavissime fruatur.

Est itaque finis Poesis, ope sermonis vividas excitare ideas, seu quod idem est, easdem reddere sensiles agendo in facultates mentis inferiores, nempe facultatem sentiendi, imprimis in sensum internum, facultatem imaginandi, ingenium et sympathiam, quas facultates Poesis alit auget-

que. *) Orator vero sectatur maxime idearum veritatem, cognitiones utilissimas amplificandas, veritates intellectui persuadendas et voluntatem flectendam.

§. 3.

Præsidia, quibus poeta ideis vigorem conciliat, easque reddit quam plurimum sensiles, sunt:

A. Fictio (Erdichtung) poesi propria, est actus mentis, quo vis imaginandi producit imagines nequaquam sensibus perceptas, rebus in natura existentibus aut omnino dissimiles aut parum similes. Est igitur compositio et connexio rerum, quæ factum aliquod non vere et historice sed verosimiliter, ut fieri potuisset, varia adjuncta ad rem idonea affingendo, declarat. Illi artifices, vel in simulacris vel in picturis cum facerent Jovis formam, aut Minervæ, non contemplabantur aliquem, a quo similitudinem ducerent; sed ipsorum in mente insidebat species quædam eximiæ pulchritudinis, quam intuentes, in eaque defixi ad illius similitudinem artem et manum dirigebant. Cic. de Orat.

§. 4.

Quamquam vero poesis, ut reliquæ artes non veram semper imitatur naturam, sed eadem persæpe quasi excedens speciem pulchritudinis excolit atque repræsentat; tamen in quocumque bonarum artium opere veritas aut naturæ aut artis studiosissime est observanda. Opus igitur quodcumque naturæ sit conforme (natürlich), e qua conformitate veritas artificialis proficiscitur. Sunt vero alii, qui per Poesim directionem æstheticam vis activæ mentis nostræ intelligunt; hocque sensu quodlibet opus bonarum artium poesi nititur. Essentia autem poeseos posita est in conjunctione immediata idearum æstheticarum, cujus mens sibi conscia est.

Sic sæpius poetæ nulla plane utuntur fictione in sensibus suis expromendis, quando verum in se satis aptum est ad vim imaginandi excitandam animosque commovendos, quod liquet ex sequenti exemplo:

Was soll ich, dich zu trösten sagen?
Du klagst, und ich will mit dir klagen,
Dieß ist der beste Trost für dich.

---

*) Aufregung des Lustgefühls ist die Bestimmung der Poesie. Thätigkeit aller Geisteskräfte ist der wahre Genuß des Lebens, ja das Leben selbst, sagt W. Schlegel.

Du weinest aus gekränktem Herzen,
Ja weine! sie verdient die Schmerzen,
Und ihr Verlust erweicht auch mich.
Gellert in einem Trostschreiben.

Hic nulla est fictio, sed veritas, et locus aptissimus ad ægritudinem indicandam. Item:

Willst du die Ursach' erforschen, warum in der Reihe des Wesen
Gott nicht zum Seraph dich schuf? Entdeck' erst, Stolzer, weßwegen
Er nicht zur Milbe dich schuf! Soll deiner Thorheit zum Vortheil
Die große Weltkette brechen, und tausend Planeten und Sonnen
Aus ihren Kreisen gerückt, in einen Klumpen zerfallen?
Soll bis zum Throne des Höchsten des Himmels Vorhang zerreissen,
Und endlich die ganze Natur, erschüttert zum Innersten seufzen?
Dieß willst du, wenn du verlangst, was mit der Weltordnung streitet.
Sei deiner Neigungen Herr, so wirst du das Unglück beherrschen;
Der Schöpfer ist Liebe und Huld, nur die sind deine Tyrannen.

Nullam invenies fictionem, ut in plurimis aliis carminibus. Ita in Ovid. Trist. L. I. Ecl. 8.

Detur inoffensæ metam tibi tangere vitæ,
Qui legis hoc nobis non inimicus opus.
Atque utinam pro te possint mea vota valere,
Quæ pro me duros non tetigere Deos.
Donec eris felix multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Aspicis, ut veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aves.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Utque comes radios per solis euntibus umbra,
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit;
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus:
Quæ simul inducta nube teguntur, abit &c.

§. 5.

Fictione jam ita utuntur poetæ, ut eadem veritatem aliquam induant, quæ nuda minus afficeret vel alliceret animos, subinde partem tantum cujusdam objecti immutent; sæpius etiam integrum effingant, dum nihil eorum, quæ in natura existunt, fini suo inveniunt attemperatum. E. g.

Trage mich auf deinen kühlenden Flügeln, schneller Boreas, nach Cypern hin, wo Bacchus neue nektarische Reben pflanzet. Hic et entia, et quæ illis tribuuntur, sunt efficta.

Item Prop. L. IV. Eleg. 6.

Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorum et radiis picta tremebat aqua:
Cum Phœbus linguens stantem, se vindice Delon,
Nam tulit iratos mobilis unda Notos;
Adstitit Augusti puppem super, et nova flamma
Luxit in obliquam ter sinuata facem.

In hoc loco entia sunt quidem vera, sed effictæ, quæ iis tribuuntur, actiones.

§. 6.

Fictionum porro poeticarum omne genus in tres classes dispescitur.

1ma classis eas fictiones comprehendit, quæ operum quorumcunque poeticorum argumentum et primariam tractationis materiam constituunt. E. g. Novum regnum in Italia ab Aenea conditum, quod Aeneidos Virgilianæ argumentum fuit. (Hujus classis fictiones, præcipue cum Epopoeiæ aut Tragœdiæ argumentum efficiunt, fabula alio nomine dicuntur, quam a fabula minori distinguere oportet.

2. Altera classe illæ fictiones continentur, quæ incidentes solum majoribus seu minoribus operibus poeticis alligari solent; e. g. Tales sunt in Virgilio Junonis adventus in Aeoliam, preces ad Aeolum, et ab hoc tempestas ventis facta; cum poeta dicere vellet: Tempestatem a Junone concitatam &c.

3. Postrema tandem classe recensentur fictiones illæ minores, quæ vel alias jam fabricatæ quasi in transitu attinguntur, vel noviter concinnatæ tanquam ornatus carminibus adsperguntur; atque hoc genere plena sunt omnium poetarum opera; e. g. Horat. L. I. Od. 3. Audax Japeti genus, ignem fraude mala gentibus intulit; ubi ad Promethei fabulam alludit.

Materia fictionum vel in historia, vel Mythologia, vel tandem in fœcundo poetæ ingenio, quod moralia, allegorica ipse sibi creat, præsto semper est et parata; prudentia solum adhibenda, ut proposito convenientia adhibeantur.

§. 7.

Attributa fictionum sunt præcipua: Novitas, verisimilitudo, et mirabilitas.

a) Novum reputatur id, quod extra usum quotidianum positum est; nec non, quod nova elocutione veluti nova veste exornatur; e. g. Virg. Aeneid. III.

Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum late.

i. e. pascentes.

Dixerat et spissis noctis se condidit umbris. Aeneid. I.

i. e. Venus disparuit.

At Venus obscuro gradientes aere sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu. ibid.

i. e. invisibiles reddidit.

Ecce quam nova species et compositio!

Equos tondere campum, noctis umbris condi, circumfundi amictu nebulæ, obscuro aere sepiri &c.

b) Verosimile dicitur id, quod sub certis conditionibus possibile est, neque ullam contradictionem involvit. Sic recte reprehenditur Virgilius, Aeneam ad Didonem Carthaginem deducens, cum ex veritate historica constat, Carthaginem a Regina trecentis prope annis post Aeneæ in Italiam adventum demum conditam esse. Vel: ubi Aeneam inducit narrantem excidium Trojæ, variasque navigationes et pericula sua Reginæ Didoni sub unam cœnam patienter auscultanti. Ita carpitur Ovidius, qui Ariadnem fecerit scribentem Theseo, quem tamen nesciret, viveretne et ubi esset; nec quemquam haberet, qui litteras ferre posset.

c) Mirabile vocatur et enascitur, cum fictio terminos verisimilitudinis prope transcendere, et omnem veritatis speciem deserere videtur, neque tamen re ipsa a vero penitus recedit. Ut si 1) rebus inanimatis e. g. silvis, montibus vitam animamque tribuas, aut bruta ad ratiocinandi loquendive prærogativam extollas; unde fabulæ allegoricæ et æsopicæ exstiterunt.

Nota. Fictiones hujusmodi allegoricæ in parvo carmine tantum, aut certe in magno parcissime adhibentur, et quasi in transitu locum habere possunt:

1) Cum Dii aut spiritus superi humana specie auxilio hominibus adesse finguntur.

2) Si vitia aut virtutes cujusdam personæ augeantur; ut avaritia senis apud Plautum unguium præsegmina corradentis.

3) Nonnunquam effectus causarum naturalium insoliti admirationem excitare possunt, in quo tamen cavendum, ut ne verisimilitudo ex oculis unquam dimittatur, in quo et ipsum Virgilium cespitasse demonstrant critici; e. g. Dum Aeneas naufragus repente cervos sibi oblatos interficit septem in Africa cervorum vacua.

4) Prodigia et omina sive boni sive mali prænuncia, admirationem in hominibus cautissimis et scientissimis nonnunquam excitare consueverunt; ut immensi illi duo serpentes ex Tenedo apud Virgil. Aeneid. II. allapsi et Laocoontem amplexi.

Ita Horatius communibus rebus novam quamdam et miram speciem inducit L. II. Ode 6. „Ad Septimium, in qua Tiburis et Tarenti laudat amœnitatem.“

Septimi Gades aditure mecum, et
Cantabrum indoctum juga ferre nostra, et
Barbaras Syrtes, ubi Maura semper
Aestuat unda:
Tibur Argeo positum colono
Sit meæ sedes utinam senectæ,
Sit modus lasso maris et viarum
Militiæque.
Unde si Parcæ prohibent iniquæ,
Dulce pellitis ovibus Galesi
Flumen, et regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet: ubi non Hymetto
Mella decedunt, viridique certat
Bacca Venafro:
Ver ubi longum, tepidasque præbet
Jupiter brumas, et amicus Aulon
Fertili Baccho minimum Falernis
Invidet uvis.
Ille te mecum locus, et beatæ
Postulant arces: ubi tu calentem
Debita sparges lacryma favillam
Vatis amici.

Multa hic sunt, quæ te percellant. Gades remoti, Cantabri indomiti, syrtes Lybiæ ad Mauritaniam, Tiburnus Argivus Tiburis conditor, Phalantus Spartanus Tarenti princeps, Galesus fluvius præbens ovibus optima pascua, unde optimæ lanæ, mel non cedens, bacca seu olea certans, Aulon amicus collis &c.

§. 8.

De dispositione poetica.

Fictio, ut bona sit, ordinem habeat, est necesse. Nemo incipiat carmen condere, antequam res saltem præci-

puas, quæ dicendæ sint, ordinaverit, ac præsertim, qualis futurus sit carminis exitus, prospexerit.

Ordinis virtus præcipue pendet ex fine, qui quum sit delectatio, optimus igitur erit ordo, qui maxime delectet. E. g.

Sit argumentum omni pene metro conveniens, „laudes scilicet principis pacifici.“ Quam multa hic obveniunt! Pax adest, et cum ea artes bonæ, frugum ubertas, tranquillitas civium, honos reipublicæ; adde mala, quæ absunt: belli licentia, rapinæ, furor, cædes; comparatio quoque potest institui inter rempublicam pace florentem, et bello vexatam. Quid dicam lætitiam, quid sensum grati animi erga principem, unde manat publica felicitas? Hæc sunt genera rerum, quæ se offerunt primo intuitu: quid res singulares, quæ sunt propriæ hujus et illius civitatis, provinciæ, regni? quid singulares virtutes principis, singulares rerum causæ et modi? quæ omnia patent consideranti.

Ex his et similibus eligenda sunt meliora et dein in ordinem redigenda. Dux et auctor nobis est Horatius L. IV. Ode 15. celebrans Augusti laudes, seu victoriæ fructus, quibus tum Roma pacifice fruebatur:

Phœbus volentem prælia me loqui,
Victas et urbes, increpuit lyra;
Ne parva Tyrrhenum per æquor
Vela darem, Tua, Cæsar, ætas

Fruges et agris retulit uberes,
Et signa nostro restituit Jovi &c.

Incipit poeta dicens, se bella non canere; utpote imparem tanto argumento: canit igitur frugum copiam, signa Romanis a Parthis restituta, clausum Jani templum, licentiam repressam, flagitia sublata, artes revocatas, per quas crevit romana potentia, ejusque imperium et nomen ubique diffusum est. Sub tanto principe, inquit, nullum bellum civile, neque externam turbabit pacem et quietem: non Germani, non Getæ Augusto repugnabunt, non Seres, non Persæ, nec fluvii Tanais accolæ. Nos igitur læti cum tota familia inter jocos et vina et cantus reddamus Diis honorem, et canemus egregios duces mortuos, Trojamque, unde orti sunt Romani, et Anchisem et Veneris filium Aeneam, auctorem scilicet Augusti familiæ. Atque hæc pulchra est carminis clausula, qua novis principis laudibus veteres conjunguntur.

Hæc rerum series mirifice a poeta est illuminata. Nec enim dicit, se bella non canere; sed canere dum vellet, se fuisse a Phœbo increpitum; non se argumento esse imparem,

sed utitur allegoria et imagine parvæ cymbæ et magni maris &c. Eamdem Odam confer cum 5ta. L. IV. Divis orte bonis optime Romulæ Custos gentis &c., ubi eadem fere materia, idem ordo, sed diversus modus.

Præcipuæ carminis partes speciales hic sunt observandæ, nempe principium, medium et clausula.

a) In principio seu exordio magna plerumque est difficultas. Unde enim sumendum? Illud sumserunt poetæ 1. modo ex tempore aut tempestate. Horat. L. I. Od. 4. Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni &c., Od. 9. Vides ut alta stet nive candidum Soracte &c. Sic L. Epod. Od. 13. Horrida tempestas cœlum contraxit &c., et Od. 15. Nox erat et cœlo fulgebat sereno inter minora sidera &c.

2. Modo ex loco; Virg. Ecl. 7. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis &c. Propert. L. I. Eleg. 18. Hæc certe deserta loca et taciturna querenti, et vacuum Zephyri possidet aura nemus. Hic licet occultos proferre impune dolores &c.

3. Modo ex historia aut fabula: Horat. L. I. Od. 15. Pastor quum traheret per freta navibus Idæis Helenam &c.; Catull. Peliaco quondam prognatæ vertice pinus dicuntnr liquidas Neptuni nasse per undas &c. Propert L. 2. El. 4.

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuisse manus?

4. Modo ex similitudine aut exemplo; Ovid. in morte Tibulli; Memnona si mater, mater ploravit Achillem &c.

5. Modo ex laude vel invocatione: Horat. L. III. Od. 17. Aeli vetusto nobilis ab Lamo &c. L. IV. Od. 5. Divis orte bonis Romulæ custos gentis &c.

6. Modo ex statu factisve tuis vel alienis: Horat. L. I. Od. 7. Laudabunt alii claram Rhodon &c.; Lib. Epod. Od. 16. Altera jam teritur bellis civilibus ætas &c.; et Tibull. L. I. Eleg. 1. Divitias alius fulvo sibi congerat auro &c.; Eleg. 6. Sæpe ego tentavi curas depellere vino &c.

7. Sæpe ex aliqua sententia: Propert. L. III. Eleg. 5. Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es &c.; et L. IV. El. 11. Desine Paulle, meum lacrymis urgere sepulcrum: Panditur ad nullas janua nigra preces &c.; Horat. L. II. Od. 10.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urgendo; neque dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.

8. Sæpius ex affectu e. g. miserationis. Horat. L. II. Od. 14. O Navis referent in mare te novi fluctus! O quid agis &c.; Laetitiae; Od. 38.

Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus &c.

Hinc preces, querelæ, minæ et alia, quæ ex affectu proficiscuntur: Ovid. Trist. L. III. Eleg. 2.

Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
    Quæque Lycaonio terra sub axe jacet?
Nec vos Pierides, nec stirps Latonia, vestro
    Docta sacerdoti turba tulistis opem &c.

Lib. IV. Pont. Eleg. 3. Conquerar, an taceam? Ponam sine nomine crimen; an notum &c.

b) In medio curandum, ut adsit aliquid, quod emineat, e. g. pulchra aliqua descriptio, vel expressio affectus aut morum. Horat. L. I. Od. 8.

Cur apricum oderit campum, patiens pulveris atque solis? Cur neque militaris inter æquales equitet; Gallica nec lupatis temperet ora frenis. Cur timet flavum Tiberim tangere? cur olivum sanguine viperino cautius vitat? Neque jam livida gestat armis brachia &c. Od. 14. O Navis &c. quam vivide descripta naufragii instantis pericula! — Od. 15. Pastor cum traheret &c. en totus horror belli exitiosi &c.

Non est cur repetam visiones, allocutiones, imagines, similitudines. Tria sunt adhuc, quæ adjiciam: primum, ut multiplex aperiatur campus amplificationi, quo libera fluat oratio; alterum, quum descriptio aliqua est longior, interrumpatur, ne tædio sit, et mox revocetur; sic Horat. L. IV. Od. 5. Divis orte bonis &c. civilem felicitatem describens: Tutus bos etenim rura perambulat; nutrit rura Ceres &c. exsilit repente, quis Parthum paveat &c.; mox redit, condit quisque diem collibus in suis &c.; tertium, majoris momenti est figuræ modique variatio. Juvat hic multum non tantum modi sed totius quasi scenæ mutatio, e. g. tenuis in amplam, lætæ in tristem, teneræ in asperam &c. Horat. L. Epod. Od. 2. ex rure et bobus transit ad militiam, ad classica, ad iratum mare, ad superba palatia; hinc redit ad vites, ad populos, ad greges; deinde post fontium murmur, somnos quod invitet leves, ecce tibi tonantis annus hibernus Jovis &c.; post autem venationis et aucupii jucunditatem: Quis non malarum, quas amor curas habet, hæc inter obliviscitur &c.

c) Clausula rei tractatæ sit apta, et aliquam habeat vel imaginem, vel affectum, vel sententiam, vel cogitationem insignem, quæ percellat animum, et auditori aliquid

cogitandum relinguat. e. g. Horat. L. I. Od. 1. desinit: Quod si me lyricis vatibus inseris, sublimi feriam sidera vertice. Ode 2. pulchra est illa clausula tenera simul et fortis: Hic ames dici pater atque princeps, neu sinas Medos equitare inultos, Te duce, Cæsar. Festive Ode 10. inducitur Apollo minax, clam a Mercurio spoliatus pharetra: Puerum minaci voce dum terret, viduus pharetra risit Apollo; ubi res ipsa habet leporem. Odam 24. claudit gravis sententia: Durum! sed levius fit patientia, quidquid corrigere est nefas. — Lib. II. Od. 1. clauditur correctione; locutus quippe erat de horrore bellorum civilium:

Sed ne relictis, Musa procax, jocis
Ceæ retractes munera Næniæ:
　Mecum Dionæo sub antro
　　Quære modos leviore plectro.

L. III. Od. 6. est fortis gradatio: Aetas parentum pejor avis, tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitiosiorem: Affectu clauditur Ode 9. Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

Paucis: Clausulæ bonitas pendet ex carminis serie. —

§. 9.

Alterum præsidium, quo vigor poeticus conciliatur, est:

B) Vigor ipse poematis, i. e. vivacitas et pulchritudo (Lebhaftigkeit und Schönheit) orationis, quæ essentiam poeseos constituunt. Vigor hic ex ubertate idearum nascitur, qua vis animæ humanæ activa exercitatur. Quare idea universalis reducitur ad particularem uberiorem; vel idea singularis cum aliis conjungitur, ut ita animus ex aliis ad alias ideas quasi abripiatur. Maximus igitur poematis vigor ibi aderit, ubi paucis verbis plurimæ excitantur ideæ; seu ut alii dicunt, ubi per ideam primariam plurimæ secundariæ excitantur. *) Quo vero animus istis

*) Die Aufregung der Thätigkeit aller menschlichen Geisteskräfte ist das Eigenthümliche der poetischen Darstellung. Dies geschieht durch die Anschaulichmachung, Versinnlichung der Ideen, kurz durch das Dichtungsvermögen, d. i. jene Eigenthümlichkeit des Geistes, vermöge welcher der Dichter die in ihm erwachenden Gedanken sogleich in Bilder umwandelt. Denkt z. B. ein Anderer über das Wohlthuende menschenfreundlicher Behandlung; so sieht schon der Dichter vom ersten Augenblicke an, da sein Geist auf diesen Gegenstand gerichtet ist, die edle Ge-

ideis promtius attendat, species novitatis accedat est necesse. Augebitur vigor, si objectum describendum exhibetur conjunctum cum nostra felicitate vel miseria, voluptate vel aversatione. Quo magis vigor iste poematis in vi quadam sensili et intuitione repræsentationum (Anschaulichkeit der Vorstellungen) elucet, dicitur vigor internus; externus est, qui in euphonia, congruentia et harmonia vocum et sententiarum consistit; ille ad internam, hic ad externam poesim spectat, uterque junctus veram et perfectam poesim efficit.

E. g. Haller:

Einst, da ich eine Nacht, wie Erntetage lang,
Mit Gram und Ungeduld im engen Bette rang,
Wann öde Schatten uns das Unglück schwärzer machen,
Und, Unholdinnen gleich, die Sorgen mit uns wachen;
Schalt die Vernunft mein Herz, das allen Trost verwarf,
Und sprach in einem Ton, den es nicht tadeln darf:
Kurzsichtiger! Der Gram hat dein Gesicht vergället,
Du siehst die Dinge schwarz, gebrochen und verstellet.
Mach deinen Raupenstand und einen Tropfen Zeit,
Den nicht zu deinem Zweck, die nicht zur Ewigkeit!
Sieh Welten über dir, gezählt mit Millionen,
Wo Geister fremder Art in andern Körpern wohnen;
Der Raum, und was er faßt, was Heut und Gestern hat,
Mensch, Engel, Körper, Geist, ist Alles eine Stadt.
Du bist ein Bürger auch, sieh selber wie geringe!
Und gleichwohl machst du dich zum Mittelpunkt der Dinge? — — —
Willst du, daß Gott dann selbst die ewigen Gesetze,
Die er den Welten schrieb, aus Gunst für dich verletze?
Soll, wenns ein Dichter wünscht, der zarte Leib ein Stein,
Ein Fieber ohne Wuth, Gift ohne Wirkung seyn? ꝛc.

---

stalt, welche kein Bild der Menschenliebe ausspricht, tröstend, ermunternd, Nahrung, Kleidung spendend u. s. w. Schon die Worte: ein schöner Morgen, zeigen dem Dichter die von der erwachenden Sonne umglühten Berge, die dampfenden Thäler, singenden Lerchen, die ausziehende Heerde, den fröhlichen Landmann u. s. w. Und darin besteht die sogenannte poetische Lebhaftigkeit (vigor poeticus), die das geistige Leben im Leser weckt, und dessen allseitige Thätigkeit aufregt; indem der Leser nicht nur die sinnlichen Bilder anschaut, sondern auch die den Bildern zu Grunde liegenden Ideen denkt, und das Humane der gleichmäßigen sinnlich geistigen Thätigkeit im Bewußtseyn fühlt.

Loquitur hic persona, quæ non æquo animo suam meditatur conditionem, sed tota sensationibus ægritudinis, admirationis agitur, quas figura exclamationis, interrogationis, assyndeton vividissime exhibet, quibus animi situs et varii ejusdem motus exprimuntur; unde cum idea primaria variæ secundariæ excitantur, nosque in easdem cum poeta sensationes abripimur.

Quam præclaræ et uberes imagines, Raupenstand, Tropfen-Zeit, quibus præsens vita exhibetur, opposita æternitati, quæ oppositio mirum recreat, allicit, animumque excitat ad comparationem tot diversarum enunciationum, quæ brevissime simul proponuntur. En locum Horat. Carm. II. 3.

Huc vina et unguenta, et nimium breves
Flores amœnæ ferre jube rosæ;
Dum res, et ætas, et sororum
Fila trium patiuntur atra.

Cedes coemtis saltibus et domo,
Villaque, flavus quam Tiberis lavit,
Cedes: et exstructis in altum
Divitiis potietur hæres.

Divesne prisco natus ab Inacho,
Nil interest, an pauper et infima
De gente sub Dio moreris,
Victima nil miserantis orci.

§. 10.

Vigorem poematis auget

C. Sermo poeticus exaltatus per usum nonnunquam novorum, peregrinorum, obsoletorum vocabulorum et phrasium poetis peculiarium, per insolitas vocum juncturas, epitheta frequentiora; per metaphoras audaciores et figuras, quæ inserviunt idearum vigori. Nonnunquam tamen sermo poeticus simplex etiam est et fere pedestris; siquidem objecti natura omnia elocutionis ornamenta respuit, ubi stylus poeticus tantum per præcisionem, emphasim et nativum commendatur. Sic e. g. qui tristitiam vel hilaritatem exprimit, omni vocabulorum magnificentia, periodorum artificio, nisi rei naturam lædere velit, abstineat est necesse. Cæterum notatu digna sunt, quæ Cl. Bouterwek in sua Aesthetica de ratione linquæ ad poesim observat: Könnte die Poesie auch die Sprache, ohne die sie nichts vermag, ganz den ästhetischen Bedürfnissen unterwerfen, so wäre ihre Gewalt fast unendlich.

Der Dichter soll die Sprache beherrschen, nicht sie ihn. Aber er kann sie nicht eher beherrschen, als bis sie schon reich an Worten, und in einer ziemlich bestimmten grammatischen Form sich ihm zum Gehorsam darbietet. Dann aber ist ihr Geist vielleicht nicht der seinige, vielleicht überhaupt nicht poetisch, und ihre wesentlichen Fehler sind vielleicht unabänderlich. Wollte der Dichter sie völlig umschaffen, so müßte er sie erst zerstören. Niemand verstände ihn; und am Ende er sich selbst nicht. Es ist also ein glückliches aber auch ein zufälliges Loos des Dichters, der einer Sprache mächtig werden kann, wenn die Sprache schon für ihn dichtet. Aber je cultivirter eine Sprache ist, desto weniger läßt sich ihren verjährten Mängeln durch eine poetische Reform abhelfen. Die Griechen, deren Sprache von selbst schon allen Bedürfnissen der Poesie entgegen kam, waren überdieß noch besonders glücklich in der stufenweisen Ausbildung einer eigenen Dichtersprache, die im Zeitalter der streitenden Dialekte entstanden war, und sich ohne alle Anmaßung eines Reformators, oder einer neuen Schule durch den poetischen Sinn der Nation zu der Höhe bildete, auf welcher Sophokles sie fand. Wenn der Grieche diese Sprache nur hörte, wurde er sogleich in eine poetische Welt versetzt. Je bestimmter alle prosaische Literatur dem attischen Dialekte folgte, der nachher das allgemeine Gesellschafts-Griechisch für die elegante Welt im halben Europa, und im westlichen Asien wurde, desto glänzender hob sich, vorzüglich in Athen selbst, die Dichtersprache durch ihre Unabhängigkeit vom Atticismus.

Die Römer, ein unpoetisches Volk, bildeten, als sie die griechische Poesie nachahmten, ihre Diktion nach der Rednersprache, die bei ihnen früher gebildet war, und den Geschmack des verfeinerten Theiles der Nation schon gefesselt hatte. Nur durch die malerische Präcision, die der lateinischen Sprache auch in Prosa eigen ist, konnte sich Virgil und Horaz den griechischen Dichtern philologisch nähern. Ovid benützte diesen Charakter seiner Sprache mit einer Leichtigkeit, hinter welcher die römische Gravität und mit ihr das Rednerische verschwand, das durch die Poesie Virgils und Horazens überall durchscheint. Aber mit der goldenen Dichtersprache der Griechen, die sich besonders in zwei poetische Dialekte, den epischen und den dramatischen getheilt hatte, konnte sich die Diktion keines lateinischen Dichters messen.

Unter den aus der lateinischen Sprache entstandenen zeichnete sich keine Sprache so auffallend durch den gänzlichen Mangel einer poetischen Tendenz aus, als die französische. Die Franzosen haben eigentlich gar keine Dichtersprache. Die wenigen grammatikalischen Licenzen, die in französischen Versen erlaubt sind, können kaum unter die Kleinigkeiten in der Poesie gerechnet werden. Uiberdieß verlangt der Charakter der französischen Nation überall ele-

gante Prose, so, daß französische Dichter nicht einmal ahnen, wo es ihrer Sprache fehle.

Die Deutschen hätten eine Dichtersprache bekommen können, wenn sich im 16ten Jahrhunderte, da es noch Zeit war, die Poesie von der Prosa geschieden hätte. Aber itzt, nachdem die größten unserer Dichter das Deutsche des XVIII Jahrhundertes zu dem Ihrigen gemacht, und den Sinn der Nation für sich genommen haben, da würde man ein widriges Gemenge bilden, wenn man in Versen zu der Sprache des 16ten Jahrhundertes, oder gar noch weiter zurückgehen, und aus dem Alten und Neuen eine poetische Sprache bilden wollte. Die wahre Sprache der Poesie soll eine höhere Natursprache, also freilich von der eleganten Conversationssprache durchaus verschieden, aber auch von selbst, und mit der Cultur der Nation, nicht durch manierirende Grübelei erkünstelt seyn. Nur ein eben so feiner als glücklicher Reformatoract kann hier ohne Affektation nachhelfen. So half er durch Klopstock, Voß, und Schiller der deutschen Sprache nach.

§. 11.

Non minus ad vigorem poematis confert

D) Ipsum metrum. *) Licet enim metrum ad formam poeseos essentialiter non pertinet, quia multa sunt poemata in soluta oratione scripta, quæ principem locum sibi vindicant; permultum tamen ipsum metrum poemati confert. Rhytmus enim, qui metro inest, recreat aures, quatenus ope auditus suaves excitantur in anima sensationes per regulas, pulchras ac faciliores rationes (Verhältnisse), quibus tenentur in carmine pedes, singulæque propositiones et periodi, quas mens, dummodo non nimis multæ aut rationes istæ nimis complicatæ sint, facilius intuetur et comprehendit. Unde etiam memoriæ facilius mandantur, que metro, quam quæ soluta oratione conscripta sunt.

Præterea oratio metrica per novum atque insolitum excitat attentionem, ideas carmine significatas sensibus subjicit, adeoque picturæ servit. Ipsum metrum apte reci-

---

*) Auch das Metrum, als Beiwerk der Poesie, in wiefern es die Natur des Stoffes nachahmt, erhöht die Lebhaftigkeit der Darstellung. Als Beispiel diene hier Virgils bekannte Stelle von den Cyklopen in folgender metrischer Uibersetzung:

Sie erheben mächtig den Arm, und schmieden das Eisen
Bald mit den steigenden, bald mit den fallenden wichtigen Hämmern.

tatum species est quædam musicæ; quæ cum sensationes exprimat, ad easdem excitandas maxime est accommodata.

Sic e. g. Quis non sentiat blandum et molle in hoc loco Ramleri:

Liebe, die du Götter oft um Schäfer tauschest,
Lieber unter Lauben und auf Blumen lauschest,
Als Palläste suchest, und aus Golde trinkst,
Und auf Cedern tanzest, und auf Sammet sinkst!
Einen Prinzen höre ꝛc.

Hilare et jucundum in hoc loco:

Da auf rauschendem Gefieder
Zephyr uns den Frühling bringt,
So erwacht die Freude wieder;
Alles lacht und alles singt.
Tanzt, o tanzet junge Schönen,
Meiner sanften Leyer nach,
Die noch nie mit leichtern Tönen
Unter meinen Händen sprach. Uz.

Solemne et serium:

Zu lang ists schon Elise, daß ich schweige,
Und bringe dir nur stumme Thränen dar;
Nimm hin ein Lied, nicht daß ichs Menschen zeige;
Nein, still und treu, wie unsre Liebe war.
Was? schilt die Welt zuletzt noch, wenn ich weine?
Wer starb mir dann? Was ist Elisens Grab?
O! nennet mir ein Elend, wie das meine,
Und sprecht mir dann das Recht der Thränen ab. Haller.

Dactyli celeritatem et festinationem exprimunt; e. g. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Virg.

Spondei gravitatem, moram pingunt; e. g.
Luctantes ventos tempestatesque sonoras.
Virg. de Aeolo.

Versus desinens in monosyllabum rem ruentem et præcipitem pingit; e. g.
Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos. Virg.

Pedes tardi cum celerioribus, quantum sensus patitur, alternent. In re languida versus languido pede procedat; in argumento alacri fortiter et animose; cum requies pingitur, interrumpitur in medio.

Quanta sit metri efficacia, docebit locus Gessneri, quem Ramler metro donavit: In Gessner. Idyll. Myrtill und Thyrsis, credit Chloe Daphnim suum aquis suffocatum:

Ihre Brust bebte vor Schluchzen und Seufzen. Itzt schrie sie laut, und die Echo wiederholte der trauernden Gegend ihr Geschrei, und ein banges Winseln rauschte durch den Hain, und durch die Gebüsche; sie schlug die ringenden Hände auf die Brust, und riß die Locken vom Haupt: Ach Daphnis! Daphnis! O ihr treulosen Wellen! Ihr Nymphen! Ach ich Elende! ich zaudre, ich säume, den Tod in den Wellen zu suchen, die mir die Freude meines Lebens geraubt haben? So rief sie, und sprang vom Ufer in den Fluß.

En locum eumdem metro donatum:

Von erstickenden Seufzern
Schwoll ihr Busen empor, sie schluchzte, winselte, schrie dann
Laut gen Himmel; ein lautes Geschrei begonnen die Hügel,
Banges Winseln durchwallte den Hain, und Winseln das Ufer —
Und nun riß sie die Locken vom Haupt, und schlug sie mit beiden
Händen sich Stirn und Brust: — Ach Daphnis! Daphnis! —
O Nymphen! —
O treulose Wellen! — Ich zaudre noch? säume noch länger
Ich Elende, den Tod in den Wellen zu suchen, die meines
Lebens Freude mir raubten? Sie sprachs, und stürzte vom Ufer.

§. 12.

His itaque consideratis poesim definimus: quod sit perfecte sensilis, vividissima repræsentatio cujuscumque rei vel existentis vel possibilis ope sermonis. (§. 2.)

Objectum igitur poeseos sunt res sensiles, scilicet quæcunque sensibus nostris externis percipiuntur, ideæ sensus interni, et actiones, quas exprimit, describit vel imitatur poeta. Poema igitur est oratio, qua ideæ vel sensus perfectissime sensiliter exprimuntur. Poetica autem (sc. ars) *α ποιεω* est ars, quæ docet nostras ideas perfectissime sensiliter exprimere ope sermonis.

Ex hac poeseos forma ultro patet ejusdem finis, nempe oblectatio imaginationis, eruditio intellectus et motus animorum, teste Horatio de arte:

Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ,
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Ad Pison. v. 333. sq.

In quolibet tamen carmine duplicis hujus consilii alterum semper est primarium, alterum secundarium. Proderit poeta eo magis, quo magis placet; et animos, quo magis

ad erudiendum moresque excolendos confert, eo magis quoque retinebit. His spectatis poetices studium maximi est momenti, atque singulis necessarium, qui animum suum optimis scientiis exornare cupiunt; etsi ingenium poeticum non singulis est concessum.

(Nota. Is vero nondum poeta dici potest, qui gaudet facultate, cogitatus vulgares et sensationes rhytmo seu versu exprimendi, ut ait Horat. Serm. I. 4.

Neque enim concludere versum
Dixeris esse satis, neque si quis scribat, uti nos,
Sermoni propiora, putes hunc esse poetam.
Ingenium cui sit, cui mens divinior atque os
Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.)

Consistit igitur istud ingenium poeticum in tali mentis comparatione, qua facile a rebus externis afficimur; in vivida et forti sensatione, in vivida ac fertili vi imaginandi conjuncta profunditati et bono gustui. Hæ dotes, licet a natura ipsa conceduntur, exercitatione tamen aptoque usu multum excoluntur et augentur. Hisce dotibus accedat oportet cognitio artis præceptorum, peritia linquæ et objectorum, quæ sibi canenda sumit poeta; multarumque artium et scientiarum, e quibus tum objecta canenda, tum modum eadem recte tractandi cognoscit. Hæc omnia elegantissime tradit Horat. Epist. ad Pison. v. 408 sqq.

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est; ego nec studium sine divite vena,
Nec rude, quid prosit, video ingenium; alterius sic
Altera poscit opem res, et conjurat amice.

§. 13.

Pro hac dignitate, præstantia ac utilitate sua summa semper apud omnes gentes fuerat poesis veneratio, teste Ovidio:

Cura Deum fuerant olim Regumque poetæ,
Præmiaque antiqui magna tulere viri;
Sanctaque majestas et venerabile nomen
Vatibus, at largæ sæpe dabantur opes.

NB. 1. Poetæ, quod ingenio aliis antecellebant, homines divino numine afflati credebantur teste Ovid.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo;
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

2. Poetæ primi de Diis immortalibus scripserunt; homines proinde divina scientia et familiaritate ornati credebantur.

3. Optime meriti fuerant de populis, quorum res gestas versibus expressas ad posteritatem propagaverunt.

4. Barbaros homines sermonis suavitate ac dulcedine a feritate ad morum culturam et disciplinæ patientiam traduxerunt, testante Horat. ad Pis.

Silvestres homines sacer, interpresque Deorum
Cædibus, et victu fœdo deterruit Orpheus;
Dictus ab hoc lenire tigres, rapidosque leones.
Dictus et Amphion Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis, et prece blanda
Ducere quo vellet.

§. 14.

Brevis historia Poesis.

Poesis apud omnes nationes antiquior est prosa; tum, quia homo citius sensibus quam ratione ducitur; tum, quia linqua omnium gentium a vocibus orditur, sensilibus a rebus desumtis; elocutio prosaica tum demum locum habet, posteaquam formatis ideis abstractis et universalibus gens aliqua linquam suam terminis universalibus induit et exornat. Quid mirum igitur, si antiquissimos legislatores, philosophos, historicos stylo poetico usos videmus? Antiquissima poesis erat rudis ac inculta expressio sensationum sine artis præsidio, seu euphonia solum conformata idearum et sensationum communicatio, vel facti cujusdam relatio memoratu dignioris, vel laus numinis, vel morum præceptum vel promulgatio legum. Vetustissima eaque præstantissima monumenta poeseos orientalis sunt in nonnullis libris sacræ scripturæ, qui aut plane poetici sunt, aut complura loca poetica et carmina continent. Serius post Hebræos præsertim Arabes et Persæ poesi sua inclaruerunt. Nulla vero gens tanto studio prosperoque adeo successu poesim coluit, præter Græcos, apud quos cultui divino rebusque civilibus gerendis adhibebatur. Ad tantum ejusdem progressum philosophia inde jam a Græcis culta plurimum contulit, quam vicissim ab ipsa poesi adjutam fuisse constat. Ex his antiquissimis monumentis postea præcepta artis hujus deducta sunt, quæ a Græcis primum in systema redacta fuere. Destructa dein civili potentia et libertate Græcorum poesis quoque defloruit.

Apud Romanos primis quinque sæculis ab urbe condita poesis parum valuit. Pace tum domi, tum exteris cum gentibus restituta, et familiaritate cum Græcis contracta studium eosdem imitandi in Romanis excitatum nonnullos præclaros procreavit poetas, qui præsertim ex ævo Augusti cum illis Græcorum norma exstiterunt, ad quam recentiores se conformare sunt conati.

Aevo medio poesis æque cum reliquis disciplinis fere exulavit. Versus enim, qui tum scribebantur, neglectis penitus antiquorum monumentis nequidquam ingenii poetici spirarunt (ohne Geist, Leben und Wohlklang). Notabilior hoc ævo poesis est populorum septemtrionalium (der alten nordischen Völker), Brittanorum, Germanorum, Gallorum, Danorum cum carminibus Arabum, historici potissimum argumenti, quorum propagatio in Europa amorem fabularum romanensium accendit (romantischer Poesie = Geschmack).

In historia poeseos recentioris occurrunt primi poetæ Provinciæ, Provinciales (Trovatori, Provenzaldichter, Troubadours) dicti, qui sæculo XII. et XIII. restitutionem poeseos præpararunt. Argumentum carminum ab ipsis editorum est historicum; celebrant maxime res gestas suorum equitum (ritterliche Abentheuer) illius ætatis; nonnunquam argumentum est allegoricum aut eroticum. Hoc vero poetarum genus sæculo XIV. evanuit.

Jam sæculo XII. ad finem vergente a nonnullis Siculorum poetis una cum lingua poesis quoque coli cœpit. Sed longe majori cum fructu sæculis subsequentibus studio antiquorum et auspiciis Optimatum in Etruria imprimis ita culta fuerat, ut sæculo XVI. laudem classicorum assequeretur, a qua tamen sæculo XVII. multum iterum defecit.

Germanorum in colenda poesi non eadem erat fortuna. Inter antiquiores non exigua cum laude innotuerunt ita dicti Minnesänger sæculo XII. et XIII. imperio Cæsarum Suevicorum, qui easdem fere res et argumenta, eadem fere ratione, ut poetæ Provinciæ cecinerunt. Multum destructa poesis Germanorum per genus poetarum subsequens, qui Meistersänger audierunt; sæculo XV. vero linqua Germanorum emendata poesi quoque aliquantum fuit consultum, quæ tamen plurimum ingenio ac studio viri celeberrimi Opitz, aliorumque e Silesia ortorum poetarum nova incrementa in gratiis retulit. Inde iterum deficere cœpit, donec medio sæculo XVIII. resuscitato antiquorum studio iterum restituta majora semper cœpisset incrementa (ita Eschenburg). Hujus novæ poeseos et literaturæ restaurator et antesignanus est Klopstok, cujus coævi admirabantur ingenium viri tanti, qui non imitator aliorum, sed studio clas-

sicorum antiquitatis ductus sapientiam prædicavit. Qua conditione, quaque varietate et cultura hac ætate nostra fruatur Poesis germanica, sufficit in memoriam revocare et recensere præclarissimorum virorum nomina: Haller, Bodmer, Hagedorn, Ramler, Kleist, Lessing, Uz, Gleim, Wieland, Gerstenberg, Tiedge, Gotter, Jacobi, Voß, Goethe, Lichtenberg, Stolberg, Hölty, Bürger, Weisse, Schiller, Herder, Alxinger, Lavater, Denis, Matthisson, Salis u. a. m. Conf. Humanit. Biblioth. Proped. der Geschicht. IV. Bd. Gesch. der Literat. der neuern Zeit. S. 79 u. flgd. item: Ficker's Anleitung zum Stud. griech. u. röm. Klassik. II. Theil.

§. 15.

Divisio Poesis.

Cum tanta sit copia tantaque varietas objectorum, quæ poetæ canenda sibi sumunt, ultro patet, varia inde nasci carminum genera, quæ non materia, sed forma etiam inter se quam plurimum differunt.

Usitatissima imo maximi momenti divisio Poesis est, quæ nititur diversitate argumentorum seu phœnomenorum et mutationum, quibus series cogitatuum ope sermonis quasi vitæ imaginem repræsentat (species poematum Dichtungsarten sensu proprio). Hæc phœnomena sunt vel interna vel externa; unde poesis subjectiva et objectiva distingui posset. Interna phœnomena sunt illæ sensiones, quibus animus excitatur et affectu corripitur; hinc poesis subjectiva per eminentiam poesis sensitiva (Sentimental-Gefühlspoesie) dici potest. Sed quoniam ad sensiones excitandas materia i. e. causæ adesse debent, hoc ipso distinguitur poesis sensitiva vel lyrica (lyrische Poesie), ad quam etiam sic dicta poemata didactica referri possunt. —

Phœnomena vero externa in poesi vel ut præterita vel ut præsentia tractantur, suntque vel facta vel res gestæ (Begebenheiten oder Handlungen); hinc poesis objectiva per eminentiam quoque poesis intuitiva (Anschauungs- oder darstellende Poesie) dici potest. Facta igitur, quæ poeta ceu præterita describit et narrat, suppeditant materiam generi poematum epico (epische oder erzählende Dichtungsart); res gestæ, quæ tanquam præsentes exhibentur, materiam præbent generi dramatico (dramatische Dichtungsart), ut ipse Horat. in arte docet: aut agitur res in scenis aut acta refertur.

Atque hac consideratione enascuntur tria genera poematum: lyricum, epicum, dramaticum.

Pro primario autem poetæ consilio quatuor constitui possunt poematum genera, et quidem:

a) Genus poematum describentium, in quibus primarium poetæ consilium est, objecti cujusdam partes notasque contemplari et exhibere;

b) Genus poematum didacticum, in quibus veritatem aliquam universalem poeta reddit maxime sensilem, docet, demonstrat, ac quæ objiciuntur, refutat.

c) Genus lyricum poematum, in quibus internos animi motus jam leniores jam fortiores oratione sensili exponit ac pandit.

d) Genus pragmaticum poematum, in quibus consilia personis tribuimus, quibus ad agendum incitantur, vel e causis moralibus et connexis adjunctis externis, quid evenerit, ostendimus. *)

---

*) 1. Unter lyrischer Poesie verstehen wir den Ausdruck eines gerührten Gemüths, das ein bestimmtes Gefühl in einer empfindungsvollen Sprache ausdrückt. Seiner Bestimmung nach soll das lyrische Gedicht zur Lyra gesungen werden, darum heißt es lyrisch. Die gewöhnlichsten Arten der lyrischen Poesie sind: a) das Lied, sowohl das geistliche als weltliche; b) die Ode, welche der höchste lyrische Ausdruck im Zustande der Begeisterung ist; c) die Hymne, eigentlich ein Lobgesang auf eine Gottheit; d) die Elegie, ein Klaggedicht, das ein gemischtes Gefühl der Freude und Traurigkeit darstellt; e) die Cantate, ein Singgedicht, welches nothwendig die Begleitung der Musik fodert.

2) Die erzählende Poesie hat es mit der Darstellung von Begebenheiten und Handlungen vernünftig-sinnlicher Wesen zu thun, gleichviel, ob diese Handlungen wahr oder erdichtet sind. Sie begreift in sich: die epische, dramatische und romantisch-erzählende Poesie. Die epische Poesie stellt aus dem Leben eines Helden eine Hauptbegebenheit auf, in deren Darstellung man Theilnahme des Dichters an den Schicksalen seines Helden erkennt. Ihre Arten sind: a) die Romanze und Ballade, oder die poetische Erzählung einer romantischen Begebenheit, gewöhnlich aus der Ritterzeit, in Liederform. Es mischt sich in ihr der Charakter der Liebe mit dem Wunderbaren; b) die Legende, oder die poetische Erzählung einer wunderbar frommen Handlung aus der kirchlichen Sage; c) das eigentliche Epos oder Heldengedicht, welches eine große Begebenheit poetisch erzählt, in welcher die menschliche Freiheit im Kampf mit dem Schicksale erscheint. —

Die dramatische Poesie läßt die Handlung vor unsern Augen geschehen, so daß nicht der Dichter sie erzählt, sondern statt seiner die Personen reden und handeln läßt. Das Drama zerfällt in mehre Unterarten, von denen die wichtigsten sind: a) das

Nota. Hæc vero poematum divisio non ita est accipienda, ac si in poemate quodam nonnisi materia generis illius, ad quod pertinet, exclusis cæteris omnibus tractari deberet; sed hic tantum primarium, quod est in carmine, respicitur argumentum. *)

Trauerspiel (Tragödie), in welchem eine tragisch-heroische Handlung dargestellt wird, deren Hauptheld dem Schicksale durch eigene leichte Schuld unterliegt; b) das Lustspiel (Komödie), oder die dramatische Darstellung einer Handlung, welche das Gefühl des Lächerlichen erregt; c) das Schauspiel (welches die Alten nicht kannten), in welchem eine ernste Handlung ein gemischtes Gefühl hervorbringt, das sich am Ende in Freude auflöst; d) das Singspiel, oder die dramatische Darstellung eines geschichtlichen Stoffes in Verbindung mit Musik. Es begreift die Oper und Operette in sich.

Die romantisch-erzählende Poesie erzählt eine ganze Reihe von Begebenheiten, oder das ganze Leben eines Helden. Die Erzeugnisse dieser Poesie sind a) der Roman, b) die Novelle, und c) das Märchen.

3) Die beschreibende Poesie stellt, wie die erzählende, äußere Gegenstände dar, aber nicht in der Zeit, sondern im Raume, also Gegenstände, die neben und miteinander da sind, und behandelt solche als ein beharrliches Ganzes. Ihre vorzüglichsten Arten sind: a) die Landschaftspoesie, eine malerische Darstellung der leblosen Natur; b) die Idylle, eine poetische Darstellung der unschuldigen und friedlich-glücklichen Menschheit; und c) die Satyre, eine poetische Darstellung sittlicher Unvollkommenheiten der wirklichen Welt, also das Gegentheil der Idylle.

4) Die Lehrpoesie (lehrende, didaktische Poesie) trägt zwar Begriffe und allgemeine Wahrheiten vor, aber nicht um solche zu lehren, sondern um sie zu versinnlichen und als Gegenstand des Gefühls zu behandeln. Ihre vorzüglichsten Arten sind: a) die Fabel, oder eine poetische Erzählung, worin eine Lehre durch ein Sinnbild anschaulich gemacht wird; b) die Parabel, eine Art von Gleichnißrede; c) das Epigramm, ein witziges oder spöttelndes Sinngedicht; d) das eigentliche Lehrgedicht, oder die poetische Darstellung zusammenhangender Wahrheiten.

(In allen diesen Dichtungsarten haben die Deutschen große Männer und reiche Sammlungen von Beispielen aufzuweisen.)

*) Schillers Eintheilung der Poesie in naive und sentimentale gründet sich mehr auf den Geist derselben, als auf zufällige Formen. So stellt er unter den Alten den Homer, und unter den Neuern den Shakspeare als naive Dichter auf, indem er in Griechenland mit Euripides, in Rom mit dem Horaz die Periode der sentimentalen Dichtungs-Art beginnen läßt. Im Drama ist gleichsam der Dichtkunst gesammtes Farbenspiel vereinigt. Und was entwickelt Aristoteles, auch Horaz beinahe ausschließend, dieser

Caput secundum.

De elocutione poetica.

§. 1.

Si oratio poeseos vestis est, quæ prima in oculos incurrit, sensusque nostros varie percellit; hinc quoque ante cætera tractationi proponatur adolescentibus, qui externa magis faciliusque internoscere, quam de interna operis alicujus præstantia distincte judicare valent. Agemus igitur hoc capite: de stylo poetico, ejusque differentia ab oratorio, de numero poetico; tum de arte metrica.

§. 2.

A. De stylo poetico et ejusdem proprietatibus.

Stylus poeticus est non solum sicut apud oratores certa orationis conformatio ad mentem scribentis accommodata; sed est elegantior quædam et perfectior naturæ imitatio, (die Dichter, sagt Schiller, sind überall, schon ihrem Begriffe nach, die Bewahrer der Natur) quæ ornatu oratorio non contenta, imitationem, elegantias novas, ordinem et ornatum insolitum exquirit.

Ornamenta styli poetici sunt quidem eadem, quæ oratorii, nempe: Periodi, membra, incisa, tropi, figuræ, affectus et mores; sed digniori, sublimiori audaciorique modo adhibita, non tamen intemperanter effusa.

Stylus poeticus quoque triplex est: simplex, sublimis et medius.

(Cfr. Instit. ad Eloquent. Part. IIdæ. Cap. II. §. 23.)

Cujuscumque tamen classis sermo poeticus futurus est, duabus dotibus juxta Aristotelis mentem præditus esse debet: ut nimirum sit perspicuus et insolitus.

Perspicuus erit, si ab artis perito intelligi facile potest; insolitus autem, si verba translata, compositiones, constructiones insolitæ et liberiores adhibeantur.

Jam styli virtutes sunt sequentes: 1) Modus, quo omnia, ut res postulat, aut brevius fusiusque explicentur.

---

in seiner **epist. ad Pisones**, jener in seiner Poetik, als das Drama? Wer dieses kindlich erfaßt, hat das gesammte Gebieth erobert.

2) Varietas, ne idem dicatur bis iisdem verbis. In hoc præsertim excellit Virgilius, qui, cum cædes et pugnas commemoret fere innumeras, diversis tamen enumeravit modis, ut nunquam pugnæ, vulnera, aut instrumenta eadem recurrant.

3) Aequabilitas consistit in æquabiliter fuso sermone, qui neque in sublimibus turgescat, neque in tenuibus repat.

4) Dignitas ex verborum et sententiarum pondere conciliatur.

5) Vis ex virili et nervosa oratione nascitur.

6) Splendor ex ingenii luce et orationis subtilitate existit. a) Si nimirum juxta Aristotelem rebus sensu carentibus actio motusque tribuatur, ut Horat. de morte: Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres. b) Si similitudines, comparationes, et præsertim antitheses s. oppositiones interserantur.

7) Sententia, simplex et universale dictum ad vitam hominumque actiones informandas. Facile autem sententiæ concinnabuntur; si quod dictum est de singularibus, ad universos tamen informandos valere potest, etiam oratione ad universos transferatur. Sic Ovid. propositionem hanc: Quia te amo, tibi timeo, hac expressit sententia: Res est solliciti plena timoris amor.

NB. Neglectæ probi styli virtutes stylum quoque reddunt vitiosum.

§. 3.

Sunt vero vitia styli poetici: 1) Obscuritas et perplexitas, quæ oritur ex verbis perperam adscitis, collocatis vel omissis.

2) Brevitas et prolixitas, quorum prior obscuritatem, posterior tædium parit.

3) Tumor et humilitas, dum aut sententiæ ampullatæ (vacuæ mentis soni) adhibentur; aut dum homines sine diviniore afflatu ad scribendos versus præfidenter accedunt.

4) Frigus et languor, vitium ex argutiis intemperanter quæsitum.

NB. Languidum imprimis sermonem poeticum reddunt:

α) particulæ mere expletivæ; e. g.

Die Jahr' und Zeit der ersten Jugendblüthe,
Die wir verlebt in Freud und fröhlichem Gemüthe,
Seit dem du voller Eil den Körper abgelegt,
Worin der inn're Geist sich unbehülflich regt.

Bodmer.

β) Voces, quæ ad sensilem expressionem omnino non valent:

Der Vorwitz, der nicht treibt, ist ohne Schuld und rein,
Und deines Vaters Ruh kömmt damit überein.
Bodmer.

Es ist ein Lied, durch keinen Witz geschwächt,
Und ohne Sorge schlecht.
Haller.

Huc pertinent item particulæ: gleichsam, so ziemlich, nachtheilig, ersprießlich, veranlassen, gelegenheitlich u. d. g.

γ) Conjunctiones polysyllabæ nimis frequentes, aliæque similes particulæ.

δ) Voces peregrinæ et technicæ; e. g.

Durch optische Paralaxen
Wußte er aus Luftkrystall teles'kopische Gläser zu schleifen.
Bodmer.

ε) Expressiones, quæ longiori usu vim sensilem perdiderunt, et nonnulli tropi usu quotidiano attriti e. g.

Der netten Reden kurze Zier. —
Ein Sinn der Munterkeit und Güte,
Der Fei'r und Sittsamkeit vermählt.
Haller.

Languidum in totis sententiis:

Wie kommt es, daß du nicht zu mir heruntersteigst,
Daß du nicht kommest, mir von Stück zu Stück zu sagen,
Was für Veränderung mit dir sich zugetragen ꝛc.
Bodmer.

NB. Nullum certius styli poetici comparandi medium est, quam poetice primum cogitare; tum materia facile versibus illabitur, testante Horatio: Verba prævisam rem non invita sequentur.

B. De styli poetici ab oratorio differentia.

§. 4.

A. Differentia stylum inter poeticum et oratorium non in elocutione sola nititur, sed præsertim in cogitatu elocutioni substrato. Eo de fine stylus poeticus oratorio antecellit:

a) Vi et fortitudine cogitatuum, qua poeta rem aliquam insignem, aut ea rei attributa omissis cæteris arripit, quæ in re proposita præcipua sunt, et maxime sensus feriunt.

Sic Virg. cogitans arbores ventorum vi agitatas, concussionem earumdem et confractionem vivide intuetur: Ipsæ Caucaseo steriles in vertice sylvæ, quas animosi Euri assidue franguntque feriuntque.

b) Imaginatione ferventi, e qua picturæ fortes oriuntur et elegantes, quæ apud poetas frequentissimæ atque uberrimæ occurrunt, cum apud oratores raræ sint, graves et pressæ, quarum tanto major laus est, quo plures rei proprietates et effectus paucis verbis enunciantur. Optimæ autem censentur imagines, quæ vel brutis rationem, vel rebus inanimatis vitam, sensum et actionem tribuunt. Hujus generis fere in lyricorum carminibus plurima occurrunt. Sic Horat. de fortuna Carm. L. I. Od. 35.

Te semper anteit sæva necessitas
Clavos trabales, et cuneos manu
Gestans ahena: nec severus
Uncus abest, liquidumque plumbum.

Item Virgil. Georg. III. 169. describit Boream.

Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit Scythiæque hyemes, atque arida differt
Nubila: Tum segetes altæ, campique natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem
Dant sylvæ, longique urgent ad littora fluctus:
Ille volat simul arva fuga, simul æquora verrens.

Adramelech, der niedergeschmetterte Stolze, vermochte
Kaum mit röchelnder Angst, mit verzweifelndem Blicke zu sagen:
Hilf mir! Ich flehe dich an! Er faßt', indem er es brüllte,
Satan mit eisernem Arm. Verworfner, schwarzer Verbrecher,
Hilf mir! Ich leide die Pein des rächenden, ewigen Todes!
Vormals konnt' ich mit heissem, mit grimmigem Hasse dich hassen,
Itzt vermag ichs nicht mehr! Auch dieß ist stechender Jammer!
O wie bin ich zermalmt! Ich will dir fluchen, und kann nicht!
Fluchen, daß ich um Hilfe dir flehte! Vielleicht war ein Tropfen
Linderung darinn, wenn ich mit flammender Rache dir fluchte!
Aber ich will es, ich wills! Hier stürzt er ohnmächtig zurücke.
Mess. XVI. Ges.

c) Eruditione, cum ad varias allusiones, historias, fabulas, sententias, ritus &c. cogitatus reflectitur, quæ reflexiones deinde brevissime et quasi transvolitando in ipsam dictionem poeticam transeunt. Sic Virg. Georg. I.

Quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem; ubi ad Deucalionis diluvium alludit.

§. 5.

B. Elocutionis poeticæ ab oratoria discrimen longe felicius ex auctorum poetarum lectione, quam ex copiosis præceptionibus condiscitur. Potiora tamen eorum capita sunt:

1) Periodi omnis generis apud poetas itidem, ut apud oratores in usu sunt; sola differentia in eo sita est, quod nexus particularum plerumque sit tectior, vel cum facile intelliguntur, consulto omittantur. Sic periodus unimembris est apud Virg.

Non ignara mali miseris succurere disco; et bimembris:

Arma virumque cano, Trojæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lavinia venit
Littora. —

Nota. a) In Epicis fere longiores, in Elegiis, Lyricis, Comicis et historicis breviores locum habent. b) Res amplæ et affectus graviores periodice, affectus concitatiores incisim efferuntur. Tale est: Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.

2) Troporum frequentior et audacior est usus, sine quo esse non potest sermo poeticus. Ex tropis tamen præcipue regnat: Metaphora, Metonymia, Synecdoche, Ironia, cui eleganter irrisio aperta sive sarcasmus conjungitur. Sic apud Virgil. Neptunus Aeolum mordet: Illa se jactet in aula Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet. Virg. Georg. II. v. 401 eximia translationis exempla i. e. Metaphoras includit:

— — Redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia volvitur annus,
Et jam olim seras posuit cum vinea frondes;
Frigidus et sylvis Aquilo decussit honorem;
Jam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus, et curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingitque putando.

3) Periphrasis sive circumscriptio, modo sola rei verbique loco ponitur, modo cum re circumscripta copulatur. Sic occasus ab effectis circumscribitur apud Virgilium:

Et jam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

Item pro: frigus seu hyems acerrima:

Et quum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, et glacie cursus frenaret aquarum.

Blätter treibt des Kirchhofs Flieder,
Neigt auf Grüfte junges Laub;
Kirschenblüthe gaukelt nieder
Auf der Abgeschied'nen Staub;
Bleicher Primeln Keime lüpfen
Sanft das Moos, das sie umgab;
Und des Dorfes Kinder hüpfen
Achtlos auf der Mutter Grab.
Junges Sinngrün drängt sich dichter
An des Jünglings flachen Stein,
Oeffnet blauer Blumen Trichter,
Saugt zerfloßnen Reifen ein.
Schlaff gedrückte Halme richten
Sich vom Winterschlaf empor,
Und in naher Waldung Fichten
Flötet laut ein Drosselchor.

pro: der Frühling bricht an.

Salis Gottesacker im Vorfrühlinge.

4. Figuræ magis vividæ verborum et sententiarum, præsertim Hypotyposis, Apostrophe, Prosopopœia, et Expolitio. Exemplum Prosopopœiæ: Hector Aeneæ præsens loquensque inducitur. Aen. II. 270.

In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus;
Raptatus bigis ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis;
Vel Danaum phrygios jaculatus puppibus ignes!
Squalentem barbam, et concretos sanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios. — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — graviter gemitus imo de pectore ducens:
Heu fuge, nate Dea, teque his, ait, eripe flammis!
Hostis habet muros, ruit alto a culmine Troja;
Sat patriæ Priamoque datum; si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent!
Sacra suosque tibi Troja commendat Penates;
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære &c.

Aaron sah ich im heiligen Schmuck mit drohender Stirne
Gegen mich kommen. Sein Aug' voll Feuer, von göttlichen Grimm voll,
Tödtete! Siehe, der Brust=Schild voll gewaltiger Strahlen,
Blitzte, wie Horeb auf mich! der Cherubin Fittige rauschten

Fürchterlich her von der Bundeslade! Auf einmal entfiel mir
Schwindend mein hohes Priester-Gewand, wie Asch' auf die Erde.
Fleuch, rief Aaron mit schreckendem Ton' du des Priesterthums
Schande,
Fleuch! Elender, dir sag' ich, daß du die heilige Stätte
Künftig nicht mehr als Priester des Herrn verwegen entheiligst!
Bist du es nicht? Hier sah er mich grimmig mit tödtendem Blick an,
Wie man herab auf den Todtfeind blickt, und lieber ihn würgte!
Bist du es nicht, Unwürdiger! du, der jenen Verruchten,
Jenen entsetzlichen Mann ungestraft das Heiligthum lästern,
Meinen Bruder Moses, und mich, und Abraham schmähen,
Und die Sabbathe Gottes mit feiger Trägheit entweihn sieht?
Geh' Elender! damit dich nicht schnell, wo du ferner verweilest,
Gottes Gnadenstuhl mit dem heiligen Feuer verzehre!
Traum des Caiphas. Meß. IV. Ges. 70.

5) **Descriptiones**, tum veræ, verosimilibus junctæ; tum fictæ rerum, quæ extra cerebrum poetæ non existunt. En descriptionem certaminis cursus pedestris, in quo primum **Nisus** casu lapsus Euryalum ordine tertium ad victoriam astu promovet: Aen. V. 315.

Signoque repente
Corripiunt spatia audito, limenque relinguunt
Effusi, nimbo similes, simul ultima signant.
Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus
Emicat, et ventis et fulminis ocyor alis.
Proximus huic longo sed proximus intervallo
Insequitur Salius. Spatio post deinde relicto
Tertius Euryalus — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — —
Jamque fere spatio extremo fessique sub ipsum
Finem adventabant: levi cum sanguine Nisus
Labitur infelix, cæsis ut forte juvencis
Fusus humum, viridesque super madefecerat herbas.
Hic juvenis jam victor ovans vestigia presso
Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso
Concidit, immundoque fimo, sacroque cruore.
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum;
Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens;
Ille autem spissa jacuit revolutus arena.
Emicat Euryalus, et munere victor amici
Prima tenet, plausuque volat, fremituque secundo.

Exemplis idgenus Aeneid. L. VI. abundat, ubi Elysii, Tartarorum, Regiæ Plutonis &c. descriptiones occurrunt. Hic adhuc inspicere licet regiæ Aeoli descriptionem Aen. I. 55.

Nimborum in patriam loca foeta furentibus Austris,
Aeoliam venit. Hic vasto rex Aeolus antro
Luctantes ventos tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis et carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure, montis
Circum claustra fremunt. Celsa sedet Aeolus arce
Sceptra tenens: mollitque animos et temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras, cœlumque profundum
Quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris
Hoc metuens, molemque et montes insuper altos
Imposuit, regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere et laxas sciret dare jussus habenas.

§. 6.

Nec minus abundat stylus poeticus præterea:

a) Similitudinibus sæpe coacervatis. Redditur namque oratio tanto vividior magisque sensilis, quo plures ejusdem rei imagines menti proponuntur; e. g. Virg. Ecl. 3.

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.

Item illud Ovid. Trist. V. 12. ubi torpere ingenium suum ab inductione similium eleganter ostendit:

Adde, quod ingenium longa rubigine læsum
Torpet, et est multo, quam fuit ante, minus.
Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Tempore qui longo steterit, male curret, et inter
Carceribus missos ultimus ibit equos.
Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacavit aquis.

Schnell hüpfen die Kinder des Waldes
Vom trüben Gießbach, und trinken den Quell:
So zogst du die dürstenden Völker an dich —
Die Bienenkönigin sammelt ihr zahllos Heer,
Und führt es auf Wiesen voll Frühling,
Und jede vom Heere kömmt honigträchtig zurück;
So setzest du den Söhnen Teuts
Die Süße deines Herzens in Bardenlehren vor.

Denis an Gellert.

Item:

Schön ist einer Eiche
Wolkennaher Wipfel,
Wenn ihr jung Geschoß
Unter ihren Armen
Fette Spitzen hebet;
Aber schöner ist doch Eine noch.

Schön ist in der Mitte
Silberweißer Kinder
Ein erhabner Schwan,
Wenn er auf dem Teiche
Frohbegleitet segelt!
Aber schöner ist doch Eine noch.

Schön ist an des Himmels
Blauem Nachtgesichte
Dünsteloser Mond,
Wenn er unter Sternen
Sanft beleuchtend wandelt;
Aber schöner ist doch Eine noch.

Schöner in dem Kreise,
Göttergleicher Kinder
Ist Theresia;
Schöner unter Söhnen,
Schöner unter Töchtern,
Weicht der Mutter, Eiche, Schwan und Mond.

Denis.

Observa duplices esse similitudines: alias simplices, quæ sola propositione sine applicatione constant; e. g.

Hic Hecuba et gnatæ nequidquam altaria circum
Præcipites atra ceu tempestate columbæ
Condensæ, et Divum amplexæ simulacra tenebant.

Virg. Aen. II.

Et Ovid: Perque sinus lacrymæ fluminis instar eunt; vel
More nivis lacrymæ sole madentis eunt.
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.

Et Tibull: Quam cito purpureos deperdit terra colores,
Quam cito formosas populus alta comas.

Compositas alias, quæ propositioni adnexam habent applicationem, quales sunt superius allatæ; item illa apud Virg. L. X. 707. Aen. de Mezentio Trojanos invadente:

Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinnifer annos

Defendit, multosque palus Laurentia, sylva
Pastus arundinea; postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos,
Nec cuiquam irasci propiusque accedere virtus;
Sed jaculis tutisque procul clamoribus instant;
Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas.
Haud aliter, justæ quibus est Mezentius iræ;
Non ulli est animus stricto concurrere ferro;
Missilibus longe et vasto clamore lacessunt.

Nota. Particulæ huc servientes sunt sequentes: Ac veluti — haud secus; ceu — haud aliter; citius — quam; ecce velut — sic; non minus — quam; nec tantum — quantum; qualiter — haud aliter; scilicet ut — sic &c.

b) Comparationibus. Comparationes eodem fere censu veniunt, quo similitudines, affinia apud poetas ornamenta. E. g. Virg. Aen. VI. 118. Aeneas Sibyllam argumentis a comparatione parium ductis persuadere conatur, ut sibi iter ad inferos pandat:

Si potuit manes arcessere conjugis Orpheus,
Treicia fretus Cythara, fidibusque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties: quid Thesea magnum,
Quid memorem Alciden? Et mi genus ab Jove summo est.

Et Juno Aen. 47. comparatione a minori se ipsa ad iram et vindictam exstimulat:

— — — Mene incepto desistere victam
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
Quippe vetor fatis! Pallasne exurere classem
Argivum, atque ipsa submergere potuit ponto
Unius ob noxam, et furias Ajacis Oilei?
Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem,
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis,
Illum exspirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.
Ast ego, quæ Divum incedo regina, Jovisque
Et soror, et conjux, una cum gente tot annos
Bella gero?

c) Digressionibus a propositione, sive majoribus sive minoribus. Minores quidem vix a parenthesi differunt; sunt enim excursus breviores a materia instituta ad aliam affinem v. g. in affectum aliquem, post quem continuo ad institutum suum redit poeta, ut Aen. IX. 446. post narratam necem Nisi et Euryali:

Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Mox inde ad narrationem abruptam revertitur: Victores præda Rutuli, spoliisque potiti &c. Huc refer Aen. X. 500.

Quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus,
Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Et servare modum, rebus sublata secundis!
Turno tempus erit, magno cum optaverit emtum
Intactum Pallanta, et cum spolia ista diemque
Oderit.

Continuo narrationem recipit poeta: — —

— — At socii multo gemitu lacrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

Majores vero digressiones fiunt, dum poeta ad locum aliquem communem vel materiam argumento proposito affinem, nonnunquam etiam extraneam totus delabitur, unde ne redit quidem aliquando amplius. Posterior hæc sæpius apud Lyricos invenitur. Sic Horat. L. I. Od. 3. Virgilio Athenas naviganti bene precatus, digreditur ad carpendam hominum audaciam et temeritatem, quin ad propositum argumentum amplius revertatur.

d) Picturis. Tota ars poetica, qua late patet, pictura dici potest. Est autem pictura cogitatus poetæ sermone competenti vestitus, et ad similitudinem rei repræsentatæ tam fortiter attingens, ut in animo audientis vel legentis vividissimam speciem efformet. Hinc non immerito quis Cogitatum justam imaginis delineationem, dictionem poeticam colores; phantasiam autem sive vim imaginatricem pictorem appellaverit. Ut autem recte attemperantur ea, quæ eminus perspici debent, segregata paucitate ac vigore spectatorem feriant; quæ autem cominus offerentur, multiplici varietate, et subtilitate, et nitore, sæpe ad minutias usque splendidissime pingantur, monente Horatio ad Pison.

Ut pictura poesis erit, quæ si propius stes,
Te capiet magis, et quædam, si longius abstes.

Omne picturarum genus dividitur in duas classes: 1) Alia est, quæ ex pluribus adjunctis etiam minutissimis sed apte delectis et ordinatis componitur, ut dum Homerus rabiem vulnerati leonis exhibet: Incessu contemnente, hiante ore, spuma in dentibus, cauda lumbos verberante, oculis splendentibus. En picturam hanc Iliad. XX. 164.

— — — — — — — — Leo veluti
Noxius, quem qui interficere parant
Congregati omnis populus; hic autem primum quidem contemnens
Incedit; sed quando quis bello velocium juvenum
Hasta petierit, convertitur hians: circumque spumans dentes
Oritur, inque ei pectore gemit validum cor:
Cauda vero lateraque et lumbos utrinque
Verberat, seque ipsum excitat ad pugnandum;
Oculis splendens autem recta fertur robore si quem interficiat
Virorum, vel ipse trucidetur prima in turba.

Et Iliad VI. 471. Hectoris uxori Andromachæ valedicentis:

Sic fatus filium suum prehendere cupit illustris Hector;
At vero puer ad sinum bene cinctæ nutricis
Inclinatus est clamans patris dilecti adspectum expavescens,
Timens æs, et cristam ex equinis setis factam,
Horribiliter a summa galea nutantem advertens;
At in risum erumpit pater carus, et veneranda mater.
Statim a capite galeam abstulit illustris Hector,
Et hanc quidem deposuit in terra undique relucentem.
Sed hic suum dilectum filium, ut osculatus est, libravitque manibus.

Quam tenera, quam suavis et simul quasi oculis subjecta est hæc scena? Quis non sentit suavissimas affectuum vices? horroris pueri expavescentis, tenerrimi amoris et lætitiæ in patre &c.

Das Kirchlein kennst du Herr, das hoch
Auf eines Felsenberges Joch,
Der weit die Insel überschauet,
Des Meisters kühner Geist erbauet.
Verächtlich scheint es, arm und klein,
Doch ein Mirakel schließt es ein,
Die Mutter mit dem Jesusknaben,
Den die drei Könige begaben.
Auf dreimal dreißig Stuffen steigt
Der Pilgrim nach der steilen Höhe;
Doch hat er schwindelnd sie erreicht,
Erquickt ihn seines Heilands Nähe.
Schiller's Kampf mit dem Drachen.

item: Schnell ist des Schwertes Schneide bloß;
Doch alle Stiche sind verloren,
Den Felsenharnisch zu durchbohren,
Und wüthend mit des Schweifes Kraft
Hat es zur Erde mich gerafft.

Schon seh ich seinen Rachen gähnen,
Es haut nach mir mit grimmen Zähnen,
Als meine Hunde, wuthentbrannt,
An seinen Bauch mit grimm'gen Bissen
Sich warfen, daß es heulend stand,
Von ungeheurem Schmerz zerrissen.
Und eh es ihren Bissen sich
Entwindet, rasch erheb' ich mich,
Erspähe mir des Feindes Blöße,
Und stoße tief ihm ins Gekröse
Nachbohrend bis ans Heft den Stahl,
Schwarzquellend springt des Blutes Strahl,
Hin sinkt es, und begräbt im Falle
Mich mit des Leibes Riesenballe. Ebend.

2) Alia, quæ ex uno tantum alterove adjuncto magis insigni componitur, unde tota rei facies colligitur. Sic Virgilius Polyphemi magnitudinem pingit unico adjuncto: Trunca manum pinus regit et vestigia firmat &c. En imaginem hanc sequentibus Aen. III. 620.

Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus
Cervicem inflexam posuit, jacuitque per antrum
Immensus.

et v. 655.

Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus
Pastorem Polyphemum et littora nota petentem:
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum est;
Trunca manum pinus regit et vestigia firmat.

Et tandem v. 664.

Dentibus infrendens gemitu, graditurque per æquor
Jam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.

NB. Picturam vero maxime exornant epitheta, quæ triplicis sunt generis: a) quæ rem vivide exponunt, et quasi oculis spectandam exhibent; ut quum Virg. dixit: spumantia frena, tenaci forcipe, pendentes scopuli; b) quæ magnitudinis speciem augent, ut cum iterum Virg. ad equum instar montis ædificandum non simplici sed divina Palladis arte opus erat; c) si epitheta ad conciliandam imagini admirabilitatem valebunt, quod fit, cum duæ ideæ contrariæ aut saltem diversæ in eamdem imaginem componuntur, ut dum dicit Ovidius: Seges clypeata virorum pro: seges clypeatorum virorum. Metam. L. III. 105.

Spargit humi jussos, mortalia semina dentes.
Inde (fide maius) glebæ cœpere moveri,

Primaque de sulcis acies apparuit hastæ:
Tegmina mox capitum picto nutantia cono,
Mox humeri, pectusque, onerataque brachia telis
Existunt: crescitque seges clypeata virorum.
(Caute tamen epithetis hujus generis utendum est.)

§. 7.

C. De Numero poetico.

Numerus poeticus est modus orationis ex certo ordine, genere et numero pedum constans ita, ut eorum vel unico mutato poeticum numerum interire necesse sit e. g. in hoc versu: Serius aut citius metam properamus ad unam, vel una voce mutata totus versus perit et numerus; atque ob hanc rem sermo poeticus Oratio ligata dicitur.

Præterea ad numerum poeticum pertinet suavitas quædam et dulcedo musica, ut cum voluptate et harmonia versus in animos influant, ut ait Horat. Non satis est pulchra esse poemata; dulcia sunto; quapropter sollicite cavendum, ne quid asperum, durum ingratumque, quod hanc suavitatem lædat, in versu occurrat.

Sunt autem vitia numeri poetici fere sequentia: 1. Omnis asper aut alias ineptus literarum, syllabarum vocumque concursus; e. g. Tum pater altisonans stellanti nixus Olympo; vel: Aut densus stridor, quum celso e vertice montis; sonans stellanti, densus stridor &c.

2. Voces item plures ejusdem fere dimensionis syllabicæ, ut: Non illi quisquam bello se conferet heros.

3. Voces nimium longæ præsertim in fine versuum, e. g. Mitte leves spes et certamina divitiarum; vel etiam monosyllabæ coacervatæ, aut singulæ versum claudentes, ut: Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis. (Monosyllabum est cum elisione nonnunquam suaviter versum concludit: Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem est.)

4. Elisio frequens aut in prima versus syllaba, ut: Quum interea infirmo quatientes corpora motu. (Moderate tamen et suo loco adhibita elisio suavitatem conciliat orationi; ita Catull: Emersere feri candenti e gurgite vultus.

5. Cæsura in versu heroico post secundum aut tertium pedem neglecta.

6. Interpunctio suo loco in alienum remota. Virtus est, vitium fugere.

7. Exitus versuum uniformis, et versus spondaicus intemperanter et sine judicio adhibitus; e. g.

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas.
Auratam optantes Colchis avertere pellem.
Pinea conjungens inflexa texta carinæ
Hæc vestis, priscis hominum variata figuris.
Catull.

Versus tres priores in voces dissyllabas, duo posteriores in trisyllabas desinunt.

Notandum præterea ex observationibus principum poetarum ad diversas expressiones indicandas concinne, modo plures pedes tardos, modo celeres congeri. Tardi pedes reputantur spondæus, molossus, creticus, et choreus; celeres, qui breves habent syllabas, ut dactylus, tribrachis, anapæstus, et jambus. Sic de Cyclopibus fabricantibus canit Virg.:

Illi inter sese magna vi brachia tollunt,
Innumerum versantque tenaci forcipe ferrum;

item celeritatem ventorum:

Venti velut agmine facto
Qua data porta ruunt et terras turbine perflant.

D. De Arte metrica.

§. 8.

Ars versuum condendorum dicitur ars metrica, qua nihil usitatius in humanioribus scholis, nihil ad usum facilius, nihil ad dignitatem præstantius, nihil ad delectationem suavius esse potest; hinc quam maxime necessarium videtur, ut et nostris Musarum alumnis ad illigandos primum, deinde ad scribendos eleganter versus aperta certaque ratio tradatur.

Præcepta autem hujus artis sunt duplicia, ordinaria et extraordinaria. Ordinaria sunt, quæ etiam nonnunquam oratoribus usitata, poëtis tamen passim et ubique in expedito sunt.

Extraordinaria sunt subsidiaria quædam compendia, ad quæ nonnunquam poetæ versus causa confugiunt, quibus syllabarum brevitati aut longitudini, prout usus postulat, medeantur. Jam primi ordinis sunt:

Omnia orationem variandi et multipliciter efferendi media, ut: Enallage, Aequipollentia, Synonymia, conjunctionum particularumque variatio, eaque præcepta omnia, jam alias in Grammatica latina exhibita, quæ elegantiam, co-

piam ubertatemque sermonis et brevitatem concernunt. Talia sunt:

I. Obvii illi orationis versandæ modi, nimirum: a) Cum activum in passivum et vicissim convertitur, ut: Tota mihi dormitur hyems.

b) Suppressio relativi, particularum et conjunctionum cum, dum, postquam, et, et; e. g. Patulæ recubans sub tegmine fagi; toto divisos orbe Britannos; decus hoc ævi te Consule inibit. Non equidem invideo, miror magis, undique totis usque adeo turbatur agris. Ecl. I. 11. pro: cum undique totis &c.

Quod usurpatur in obtestationibus pro: in quo, qua in re; e. g. Quod ego te per hanc dextram oro et genium tuum. Terent.

Sic inservit precibus et votis auspicandis in obtestatione: Sic te Diva potens Cypri — Virgilium reddas incolumen precor. Hor. I. 3.

Ut in comparatione pro quanto e. g. Ut melius, quidquid erit, pati. Hor. L. I. 11.

c) Pro verbis esse et habere ponuntur alia, quæ modum, effectum, vel eventum vel picturam aliquam exprimant; e. g. Nec tenerum Lycidam mirabere: p. habebit. Hor. Car. I. 4. Proximus ingreditur donis p. proximus est donis. Aen. V. 543. Cum fletu nox vigilanda venit p. vigilanda est. Tibull. I. 2.

Item: Amicum est pro placet, e. g. Nec Diis amicum est, nec mihi. Hor. II. 17.; dare animo, p. indulgere genio, ad hilariter vivendum impendere: Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico quæ dederis animo. Hor. C. IV. 7.

d) Pro adverbio ponunt verbum, cui alterius vel primarii infinitivus subjicitur: Certant illudere capto, p. certatim illudunt. Aen. II. 64. Obliquo laborat lympha fugax trepidare rivo. Hor. II. 3. En duplicem picturam, in rivo obliquo, et in trepidare.

Male cum adjectivo v. participio conjunctum diversas habet significationes; e. g. male concordes i. e. parum, minus, non satis concordes; male gratus i. e. ingratus; male pinguis arena i. e. solum nimis, inutiliter pingue, durum. Cum verbis timendi significat valde: male formido. Etiam cum dissimulatione veri consilii adhibetur, ita, ut verum facile intelligatur; digitus male pertinax i. e. repugnans, sed conatu levi, ut facile vinci possit. Hor. I. 9. quem locum eleganter reddidit Weisse:

Die kleine Hand wird sich zwar wehren;
Doch wird ihr leichter Kampf dich lehren,
Daß sie es gerne gab.

e) Trajectiones verborum, ubi tamen notandum, ne sensus nimium distractus in obscuritatem degeneret e. g.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. Damoetas dono mihi quam dedit olim.
Virg. Ecl. 2.

II. Appositio; imo nonnunquam adjuncta quædam parva adsciscuntur; de quibus tamen notandum, ne rimarum potius in versu expletiones sint, quam solidum aliquod decus. Sic semina terræ commissa Anni Spes; duris urgens in rebus egestas i. e. paupertas &c.

Appositio locum habet, dum substantivum aliud ejusdem casus sine ulla conjunctione additur: Sceleris nisi præmia magnas adjecisset opes animi irritamen avari. Maior est elegantia, si nomen appositum antecedit primarium: Dat tibi præterea fortunæ parva prioris munera reliquias Troja ex ardente receptas. Aen. VII. 244.

Sæpe substantivo aut pronomini plurali adponitur nomen singulari numero multitudinem significans: Ut fugiunt aquilas timidissima turba columbæ. Substantivum appositum pro participio aut integra enunciatione ponitur: Curia prætexto, quæ nunc nitet alta senatu, pellitos habuit rustica corda patres, i. e. rustice cordatos, simplices. Prop.

Iliadumque labor, vestes Aen. VII. 247. i. e. vestes arte mulierum trojanarum confectæ. Item: Cecidit cælitum labor p. Troja. Columen eversum cecidit pollentis Asiæ &c.

III. Adjectivum mutatur in substantivum: Sic totam prædam sola improbitas abstulit p. solus improbus leo. Phædr. I. 5. Ventosi ceciderunt murmuris auræ p. murmur aurarum. Ecl. 9. Per silvas et per deserta viarum ibat p. per desertas vias. Subinde substantivum ex adjectivo ortum cum altero in eodem casu per et conjungitur: Pateris libamus et auro. Georg. II. 192. Te greges centum Siculæque circummugiunt boves i. e. greges sicularum vaccarum. Similes oppositiones et enallages poetis quoque germanorum sunt frequentes:

Angethan mit einem Sterbekleide,
Eine Blumenkron' im blonden Haar. — —
Item. Wilhelm wankt mit seinem Liederbuche
Nasses Auges an das offne Grab.
Hölty.

Sæpe sermo poeticus evertit compositionem vulgarem, epitheta cumulat, homines, animalia et res quascunque non suis aut notis nominibus appellat, sed tropis vel periphrasi utitur; e. g. Pelei gnatus p. Achilles; Pierium jugum p. Parnassus. Tuiskons Enkel p. Teutscher. Item pro arbore ulmum, populum, quercum ponit; pro aqua Neptunum et Thetin: tentare Thetim ratibus. Virg. Ecl. 4. i. e. navigare. Totis Vulcanum spargere tectis i. e. ignem. Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris expediunt. Virg. i. e. panem. Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora Taxi. Virg. i. e. vites colles amant. Item: Epitheta, quæ proprietatem rei constantem, præsertim vero insolitam exprimunt; e. g. lac niveum, cani montes, improbus anser, (quia nocet segeti). Elegantiora adhuc sunt, quæ metaphoram continent, præsertim a rebus animatis ad inanima deductam e. g. morientes herbæ, virgineus rubor.

Repetuntur autem epitheta hæc ex iisdem fontibus, ex quibus argumenta conquiruntur, nimirum ex causis, ex effectis, adjunctis, nec non a patronymicis, ut Saturnia Juno, Delius Apollo &c.

IV. Diminutiva carminibus tenuioribus adhibentur, usurpanturque suavitatis, irrisionis, laudis v. commiserationis causa; ocelli, agelli, pro oculis, agris; capellæ p. capris; languiduli, pulchelli, fraterculus &c. In substantivis generis communis, vel quorum utrumque genus extat, poetis latinis elegantior est usus generis foeminini; e. g. Nos humilem feriemus agnam. Horat. II. 17.

V. Adjectiva pro adverbiis ponuntur, qui modi loquendi poetis fere familiares sunt; e. g. Nec gregibus nocturnus obambulat lupus. Georg. III. 538. Sic tu sapiens finire memento tristitiam. Hor. I. 7. Solvite vela citi. Virg. Instant ardentes Tyrii. Virg.

Und der Seraph, der Jesus zum Dienst auf der Erde gesandt war,
Gabriel nennen die Himmlischen ihn, stand feiernd am Eingang.
— — — — — — — —
Gabriel sagt's. Der Mittler belohnt ihn mit segnenden Blicken,
Steht voll Ernst auf der Höhe des Berges am näheren Himmel.
Mess. I. Ges.

VI. Constructio verborum aut quorumdam adjectivorum cum casibus insolitis, e. g. Desine mollium querelarum. Hor. Abstineto irarum. Cantare pares et respondere parati p. cantando. Integer vitæ scelerisque purus p. integer vita et a scelere purus. Infert se septus nebula (mirabile dictu), per medios miscetque viris, neque cernitur ulli. Virg. p. ab ullo. Nemorum potens virgo Diana.

VII. Loco pronominum meus, tuus, ejus ponuntur adjectiva v. participia, quæ sensui conveniunt. Sic de Scævola eleganter dixeris: Accessit ad ignem, arsitque ferocis manus p. illius. Nisi causa morbi fugerit venis et aquosus albo corpore languòr i. e. ejus corpore.

VIII. Numerus pro numero; e. g. Priami dum regna manebant. Virg. i. e. dum stabat regnum Priami, unum hic intelligitur regnum, nempe trojanum. Cum pressus ab hoste clauditur externis miles Romanus in oris. Lucan. p. romani milites.

IX. Numerorum dènominationes v. computus propriis quibusdam expressionibus efferuntur, nempe distributiva pro cardinalibus, et multiplicativa pro cardinalibus usurpant per resolutionem: bis, ter &c. bis quinos p. decem. Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus p. 13us. Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ p. 14. Terno consurgunt ordine remi p. tribus v. triplici ordine. — Annis porro numerandis adhibent lustra pro 5 annis; olympiades pro 4 annis. Jamque unus lustris geminis accesserat annus. Addiderat annos ad duo lustra duos. Ovid. — Sæcula, item partes anni, brumam, ver, æstatem, autumnum, imo pro autumno vindemiam, pro æstate messem adhibent. Sic Ovid. Lustris jam bis quinque peractis p. 50 annis. Bis me sol adiit gelidæ post frigora brumæ. Mart.

So üb' ichs aus mit Emsigkeit,
Bis dreimal sich der Mond erneut.
— — — — — — — — —
Der dritte Morgen ist es nun,
Daß mirs gelungen, hier zu landen.
Schillers Kampf mit dem Drachen.

X. Huc quoque redit usus numeri definiti pro indefinito; e. g. Mille meæ siculis errant in montibus agnæ. Ecl. II. p. innumeræ. Inde explicandus locus Hor. C. I. 13. Oscula, quæ Venus quinta parte sui nectaris imbuit; ubi quinta pars nectaris pro multa dulcedine posita est. Vel similitudinibus quibusdam delineant, ita Catull. Quam magnus numerus Lybissæ arenæ. Denique per adverbia numeralia ter, quater, superlativum exprimunt, et numerum quemdam valde magnum e. g. O mihi felicem terque quaterque diem. Tibull. Ter conatus erat collo dare brachia circum; ter frustra compressa manus effugit imago. Aen. VI. 700. (Hæc de elegantia orationis poeticæ.)

§. 9.

Copiam dictio poetica variis modis nanciscitur. Commutatur enim oratio, si res eadem aliis atque aliis vocabulis v. constructionibus enunciatur ope synonymiæ et dictionis poeticæ; nisi idonea fuerit ratio ejusdem verbi v. repetendi, aut aliud aptius in promtu non sit. Magistri hac in re consulantur Horatius, Ovidius Virgilius. Sic Aen. II. equum trojanum appellat Virgilius donum exitiale, molem, insidias, suspecta dona, lignum, machinam, effigiem, simulacrum, sacrum robur, monstrum infelix &c.

Huc pertinet coacervatio phrasium idem significantium, sed tamen aliquanto significatione differentium. Ita Hor. Carm. II. 3. cum dixisset: seu moestus omni tempore vixeris, adjecit: Seu te in remoto gramine per dies festos reclinatum bearis interiore nota Phalerni. Et Ovid. Trist. III. 12. diversis modis veris initium cecinit:

Frigora jam Zephyri minuunt, annoque peracto
  Longior antiquis visa Mæotis hyems;
Impositamque sibi, qui non bene pertulit Hellen,
  Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Jam violam puerique legunt, hilaresque puellæ,
  Rustica quam nullo terra serente gerit.
Prataque pubescunt variorum flore colorum,
  Indocilique loquax gutture vernat avis.
Utque malæ crimen matris deponat hirundo,
  Sub trabibus cunas, parvaque tecta facit.
Herbaque, quæ latuit cerealibus obruta sulcis,
  Exserit e tepida molle cacumen humo.

Elegantissimum exergasiæ exemplum habet Ovid. Amor. L. I. Epist. XV. v. 21. ubi cogitatum: Poetæ immortales sunt, admirabili varietate expressit:

Varronem primamque ratem quæ nesciat ætas,
  Aureaque Aesonio terga petita duci?
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
  Exitio terras cum dabit una dies.
Tityrus et fruges, Aeneiaque arma legentur,
  Roma triumphati dum caput orbis eris.
Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,
  Discentur numeri, culte Tibulle, tui.
Gallus et Hesperiis, et Gallus notus Eois,
  Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.
Ergo cum silices, cum dens patientis aratri,
  Depereant ævo, carmina morte carent.

Cedant carminibus Reges, Regumque triumphi:
Cedat et auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur vulgus, mihi flavus Apollo
Pocula Castaliæ plena ministret aquæ.
Sustineamque coma metuentem frigora myrtum:
Atque a sollicito multus amante legar.
Pascitur in vivis Livor: post fata quiescit,
Cum suus ex merito quemque tuetur honos.
Ergo etiam, cum me supremus adederit ignis,
Vivam: parsque mei multa superstes erit.

Sententiam: Occisus est, Virgilius ita variavit:

Olli dura quies, oculos et ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
Purpuream vomit ille animam.
Una, eademque via sanguisque animusque sequuntur.
Illi solvuntur frigore membra, vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Omnis et una dilapsus calor, atque in ventos vita excessit.

Confixi exspirant: Multo vitam cum sanguine fundunt.

Rebus vulgaribus novitatem splendoremque tribuunt per periphrasim, quæ rem circumloquitur potius, quam suo nomine appellat; est igitur prolixior quædam rem eloquendi et explicandi ratio; e. g. Tales effudit pectore questus pro: questa est. Secat æthera pennis i. e. volat. Est autem periphrasis alia verbalis i. e. verbi seu nominis, alia realis seu rei. Periphrasis nominis est, cum pro nomine substantivo adhibentur duo, et altero quidem, quod regens est, exprimitur natura vel conditio primarii, e. g. Virtus Catonis i. e. Cato; vel in adjectivum mutatur; ut herculeus labor pro Hercule. Item: Septena quotannis corpora natorum. Virg. i. e. septem natos. Neptuni corpus acerbum p. mari. Lucret.

Frequens item est periphrasis cum nomine vis, potestas. Promissa canum vis. Lucret. Quæ apud Latinos, eædem etiam apud Germanos obtinent periphrases. Sic e. g. Hier auf dem Gottesacker pulcherrime ita cecinit Weisse in der Elegie beim Grabe Gellerts:

Hier, wo so viele schon in tiefem Todesschlummer
Das mütterliche Erdreich deckt,
Wo man kein Glück verschläft, wohl aber vielen Kummer,
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —
Das Grab des Thoren oft ein Marmor voller Lügen,
Der Weisheit Grab ein Veilchen schmückt.

Adjectivorum gentilium et possessivorum periphrasis fit per præpositiones a, vel de, vel e cum substantivo; e. g. Et te memorande caremus pastor ab Amphryso i. e. Amphrysie seu Phœbe. Georg. III. 2. In hoc hæsit signum de marmore i. e. marmoreum. Ovid. Id quoque habent prosaici, e. g. poeta de populo i. e. popularis. Comparasti ad lecticam homines i. e. lecticarios.

Pro quidam, aliquis, nonnulli ponitur: est qui, sunt qui. Sunt quos curriculo pulverem olympicum collegisse juvat. Hor. Carm. I. 1.

Pro verbo finito ponunt participium cum esse: Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Ovid.

Pro futuro ponunt verbum eo cum supino verbi: Vidimus flavum Tiberim ire dejectum monumenta regis. Ita quoque alii modi loquendi: Effectum dabo p. efficiam. Ubi prima fides pelago, placataque venti dant maria. Aen. III. 69. — Item pro imperativo negativo ponunt verba omittere, absistere, parcere, fugere. Fuge te teneræ puerorum credere turbæ. Tibull. I. 4.

Sunt etiam periphrases: fugio facere p. non facio; mitto facere, omitto facere, parco facere p. non facio. Segnis facere, timeo, metuo facere.

Vel ponitur imperativus affirmans vel negans eleganter cum memento. Aequam memento rebus in arduis servare mentem. Hor. Item verbum sumo cum infinitivo pro futuro. Quem virum aut heroa lyra vel acri tibia sumes celebrare Clio? Hor. Etiam: In me tardus amor non ullas cogitat artes, nec meminit notas ut prius ire vias p. neque jam it. Propert.

Est ut pro accidit. Est ut viro vir latius ordinet arbusta sulcis. Hor. Carm. III. 1. Et simili modo: Non est, ut credere possis p. non potes credere. Lucret.

Periphrases rerum fiunt per signa, causas, adjuncta, modos, similitudines. Sic Echo ab Horatio dicitur jocosa imago. Carm. I. 12. Marmor, lapis phrygius. Jupiter: Qui res hominum ac Deorum, qui mare et terras, variisque mundum temperat horis.

Pulcherrime Deum circumloquitur Michaelis:

Wahr, dieser Geist, durch den ich Leben bin,
Entschwingt sich willig seinen Schranken;
Fliegt, an der Reihe der Gedanken,
Bis zu dem einzigen Gedanken,
In dem sie alle wurden, hin.
Erforscht das Meer, aus dem in Wesen ausgegossen,
Ich für die Welt, die Welt für mich geflossen:

Dieß große Meer, aus dem, was war, und ist,
Und seyn wird, ewig, ewig fließt. —

Modeste tamen omnes periphrases, neque semper, sed opportuno loco adhibeantur, sintque accommodatæ argumento, loco, tempori, conditioni et fortunæ personarum. Sic in scena agresti periphrases sumantur a rebus signisque agrestibus; in argumento sublimi poterunt esse doctæ. Sic periphrasis vesperæ apud Virg. Ecl. 7. Cogere donec oves stabulis, numerumque referre jussit, et invito processit vesper olympo. Ornatior est eadem periphrasis Aen. II. 256. Vertitur interea cœlum et ruit oceano nox, involvens umbra magna terramque polumque, Myrmidonumque dolos.

Simili modo etiam rei perpetuitatem, constantiam aut impossibilitatem declarant; e. g. Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit, dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ; semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. Virg. Ecl. V. — Item: Ante leves ergo pascentur in æthere cervi, et freta destituent nudos in littore pisces, quam nostro illius labatur pectore vultus. Ecl. I. Vel. Nam prius incipient turres vitare columbæ, antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas i. e. nunquam. Item ad magnum numerum et multitudinem indicandam s. circumloquendam: Vere prius flores, æstu numerabis aristas, poma per auctumnum frigoribusque nives, quam mala, quæ patior. Ovid. Trist. IV. Ita quoque numerum annorum, mensium, dierum circumloquuntur; e. g. Frigida ter decies nudatum frondibus Hæmum reddidit hyems, totiesque solutis ver nivibus viridem monti reparavit amictum.

Hæc et similia copiam poeticam spectantia assidua Germanorum poetarum lectio suppeditabit. E. g.

Und wiewohl
Ich achzigmal bereits den Wald
Und unsre Hütten grünen sah.

Kleists Irin.

Du wirst in unsern Ländern leben
Amyntas, bis das Meer
Versiegt, und Wälder aus den Fluthen steigen,
Und Fische schwimmen durch die Luft.

Blum.

§. 10.

Oritur denique copia poetica per amplificationem sententiarum, i. e. e distributione et partitione, cum pro ge-

neris nomine formæ vel individua, pro toto partes recensentur. Sic pro Orpheus cantu flexit feras, dicere licebit: tigres, leones, ursos, cervos. — Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu, nunc Zephyrus sero vespere missus adest; nunc gelidus sicco Boreas bacchatur ab Arcto, nunc Notus adversa prœlia fronte gerit. Ovid. Trist. I. 2.

Talis est amplificatio ab enumeratione partium sequentis argumenti. Virtutes in ejus vultu elucent:

Excubat in medio tibi pulchra modestia vultu,
Et roseus niveo regnat in ore pudor,
Simplicitas oculis, sacra facundia linguæ,
Ridet in ingenuis Gratia viva labris:
Majestas humeros, placida clementia frontem,
Pura verecundus pectora candor habet.
Pro floribus famuli, video, famulæque morantur:
Virtutem Dominam, quis negat esse domi?

Hæc amplificandi ratio multum valet ad descriptiones. Ita Statius morientem hominem describens, has voces: Solvitur omne decus letho, per enumerationem amplificat:

Solvitur omne decus letho, niveosque per artus
It stygius color, et formæ populantur honores.
Ambrosiæ cecidere comæ violatæque; cervix
Marmoreum in jugulum, collo labente, recumbit.

Sic Ovid. veris amœnitatem describens, hujus sententiæ: Omnia verno tempore spirant lætitiam, vocem omnia per enumerationem amplificat, recensendo nimirum varias res, in quibus læta veris amœnitas apparet:

Omnia tunc florent, tunc est nova temporis ætas,
Et nova de gravido palmite gemma tumet,
Et nova formatis aperitur frondibus arbor,
Prodit et in summum seminis herba solum;
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit et in pratis luxuriatque pecus.
Tunc blandi soles ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.

Huc quoque redit enumeratio causarum atque effectorum. E. g. Tot bella per orbem, tam multæ scelerum facies, non ullus aratro dignus honos, squalent abductis arva colonis, et curvæ rigidum falces conflantur in ensem. Virg. Georg. I.

Denique sententiæ et parentheses magnopere augent ornatum sermonis poetici.

§. 11.

B. Extraordinaria artis metricæ præcepta comprehendunt figuras prosodicas, suntque:

1. Infinitivis passivis nonnunquam syllaba er adjicitur e. g. accingier, laudarier, pro accingi, laudari. Tum Nisus et una Euryalus confestim alacres admittier orant. Virg.

2. Diphthongum ae primæ declinationis dissolvunt in vocales a et i, aurai, pictai, pro auræ, pictæ.

3. Consonantem v in vocalem u, et vice versa u in v consonantem, et i in j transformant; e. g. Dissoluo pro dissolvo, tenvis pro tenuis, abjete pro abiete.

Instar montis equum divina Palladis arte
Aedificant, sectaque intexunt abjete costas.
Virg.

4. Contractio vocum creberrima est, ut vincla, pericla, oraclum pro vincula, pericula, oraculum. Item genitivorum in plurali, prudentum, natantum, pro prudentium, natantium.

Imo Deûm, virûm, pro Deorum, virorum; nec non verba: noram, norim, nossem &c. Et jam tempus equûm spumantia solvere colla. Virg.

5. Ad obtinendam syllabæ longitudinem consonans duplicatur, ut: relligio, rettulit pro religio, retulit. Alias consonans exteritur, et vocales duæ in unam syllabam contrahuntur e. g. reice pro rejice.

Tityre pascentes a flumine reice capellas. Virg.

6. Interdum obtinet vocis compositæ divisio, et aliquid separatis partibus interjicitur, e. g. Inter enim labentur aquæ pro interlabentur.

Virgilius frequenter abundantem versus syllabam vocali vel m terminatam a vocali, quæ versum sequentem inchoat, absorberi fecit; v. g. Jamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum, ardua cernebant.

NB. Licentia poetica appellatur, cum poetæ urgente metri necessitate (ergo raro) ex arbitrio suo syllabas breves producunt, aut longas corripiunt. Sic Virg. Ibitis Italiam portusque intrare licebit.

Appendix II.

Anhang zur deutschen Poesie.

Vorerinnerung.

§. 1.

Das Wesen der Dichtkunst.

Das innere Wesen der Dichtkunst ist in allen Sprachen gleich; es ist daher alles, was von der lateinischen Poesie gelehrt worden, auch auf die deutsche anzuwenden.

In der äußern Einkleidung und Zierde der deutschen Poesie gibt es einigen Unterschied. Vorläufig merke man folgende Regeln:

Die Poesie ist unter den freien und schönen Künsten diejenige, welche sich zur Darstellung des Idealen der Sprache bedient. Sie verbannet daher zuvörderst alles, was mit den allgemeinen Eigenschaften einer guten Schreibart nicht zusammenstimmt, und dieses um so mehr, da dergleichen Fehler in einem Produkte, welches Vergnügen zur Hauptabsicht hat, doppelt auffallend und anstößig seyn müssen. Sprachfehler, Unreinigkeit der Sprache, Härte, Verletzungen der Würde u. s. w. können also keineswegs unter dem Namen erlaubter poetischer Freiheiten (Lizenzen) Verzeihung erhalten.

Was insbesondere die innere Poesie oder die Poesie des Inhaltes betrifft; so wird dazu erfordert, daß der Dichter alles, was sinnlich und anschaulich ausgedrückt werden kann, und was nach der durch Inhalt, Absicht und herrschenden Ton des Ganzen, bestimmten Erwartung des geschmackvollen Lesers sinnlich ausgedrückt werden sollte, auch wirklich in einer sinnlichen und anschaulichen Gestalt darstelle. Das Dichten besteht in einem harmonischen Zusammenwirken der idealisirender Phantasie und des mächtig aufgeregten Gefühlsvermögens. Die poetische Sprache geht demnach als Darstellungsform, auf höchste Versinnlichung und lebendigste Anschaulichkeit des darzustellenden Gegenstandes. Hierin folge man J. P. F. Richter's Grundsätzen, welcher behauptet, „Das Wesen der dichterischen Darstellung sey, wie alles Leben, nur durch eine zweite darzustellen.“ — Sogar bloße Gleichnisse,

fährt er fort, können oft mehr als Worterklärungen sagen, z. B. Die Poesie ist die einzige zweite Welt in der hiesigen, oder, wie Singen zum Reden, so verhält sich Poesie zur Prosa; die Singstimme steht (nach Haller) in ihrer größten Tiefe doch noch höher, als der höchste Sprechton; und wie der Sington schon für sich allein Musik ist, noch ohne Tact, ohne melodische Folge und ohne harmonische Verstärkung, so gibt es Poesie schon ohne Metrum, ohne dramatische oder epische Reihe, ohne lyrische Gewalt.

§. 2.

Stoff und Form.

In der Poesie ist, so wie in jeder Kunst der Stoff d. i. der Gegenstand, welcher dargestellt wird, von der Form, d. i. von der Art und Weise, wie derselbe dargestellt wird, wohl zu unterscheiden. Die Poesie strebt zwar, das Ideale durch die Phantasie hervorzubringen; da aber die Hervorbringung des Idealen unerreichbar ist, so kann auch nicht das Ideale selbst, sondern nur das Schöne als ein Abglanz des Idealen ihr Stoff, und daher ihr höchstes Ziel seyn. Poetisch ist der Stoff, sobald er der Idealisirung fähig ist. Es eignet sich daher nicht jeder Stoff zur poetischen Behandlung, sondern nur derjenige, welcher die Empfänglichkeit besitzt, die ganze Sphäre der Natur und der Menschheit so zu umfassen, daß er durch die Produktionskraft der Phantasie zur Einheit des Mannigfaltigen gestaltet, folglich zur idealisirten Totalität erhoben werden kann.

Das eigentliche Verdienst und Wesen des Dichters liegt daher nicht in dem Stoff und seiner Wahl, sondern in der Form, d. i. in der Gestaltung und Darstellung des Stoffes.

Der gewählte Stoff sey noch so reich und fruchtbar, schönes Kunstwerk wird er doch immer erst durch die ästhetische Behandlung, nemlich dadurch, daß ihm eine, dem Zweck der schönen Kunst entsprechende Form gegeben wird. Sonach ist die Poesie oder Dichtkunst im eigentlichen Sinne die Kunst, welche das Schöne durch eine in sich geschlossene Reihe anschaulicher Gedanken in der Sprache individuell darstellt; der Dichter (Poet) derjenige, welcher ein neues, anschauliches Gedankengebilde, der Menschheit würdig, in der Sprache darzustellen vermag, oder aufgestellt hat; und ein Gedicht (oder eine Poesie im objectiven Sinne) ist eine, das Schöne eigenthümlich darstellende, in entsprechenden Wörtern ausgedrückte Vorstellungsreihe.

Das Schöne zeigt sich in der Poesie, wenn eine Idee die mannigfaltigen Vorstellungen gleichsam als gemeinschaftliches Lebensprincip verbindet und durchdringt, und diese in der Sprache so veranschaulicht und verkörpert erscheinen, daß dadurch in der Einbil-

dungskraft des Hörenden und Lesenden ein lebendiges Bild entsteht, welches von dem Gemüthe mit Lust betrachtet wird. Sonach ist auch die Poesie durch ihr Darstellungsmittel, den Gedanken und ihr unmittelbares Organ, die Phantasie, die umfassendste und geistigste Kunst. Daher der Dichter sagt: »Mein unermeßlich Reich ist der Gedanke, und mein geflügelt Werkzeug ist das Wort:« Am besten dürfte also für poetische Definitionen der Poesie wohl in der folgenden Strophe aus Schiller's Huldigung der Künste, die Poesie ihr innerstes Wesen aussprechen:

»Mich hält kein Band, mich fesselt keine Schranke,
Frei schwing ich mich durch alle Räume fort;
Mein unermeßlich Reich ist der Gedanke,
Und mein geflügelt Werkzeug ist das Wort.
Was sich bewegt im Himmel und auf Erden,
Was die Natur tief im Verborgnen schafft,
Muß mir entschleyert und entsiegelt werden;
Denn nichts beschränkt die freie Dichterkraft.
Doch Schön'res find ich nichts, wie lang' ich wähle,
Als in der schönen Form die schöne Seele!«

§. 3.

Plastische, romantische und humoristische Poesie.

Als die vier Hauptfarben der griechischen Dichtungsweise gibt (Jean Paul) Fr. Richter, um den Unterschied zwischen der plastischen (oder alten) und der romantischen (oder modernen) Poesie aufzustellen, an:

a) Ihre Plastik oder Objectivität; b) Das Ideale oder das Schöne, eine Mischung aus ihrer Helden- und Götterlehre, c) Heitere Ruhe und d) Sittliche Grazie.

Schiller nennt den eigenthümlichen Geist der antiken Poesie naiv, der modernen, sentimental. W. A. Schlegel jenen classisch auch plastisch, diesen romantisch, auch pittoresk; Goethe jenen objectiv, diesen subjectiv.

Die naive, plastische, objective Dichtung hält sich an die einfache Natur und Empfindung; ihre Ideale sind die der Wirklichkeit, der Natur (naiv, nativa, natürlich); Unbefangenheit, Natur, Wahrheit gleichsam nach allen Ausdehnungen (Plastik) bezeichnen ihre Darstellungen.

Der antike Dichter tritt ohne Ansprüche auf; es ist nicht seine Subjectivität, die Beimischung seines Gefühles, seiner Kunst, sondern das dargestellte Object allein, welches uns vornehmlich anspricht und angenehm beschäftigt (objectiv). Beim Lesen eines antiken Kunstwerkes erinnert uns nichts an den Künstler, das

Kunstwerk allein ist der Gegenstand unserer Aufmerksamkeit; wie die Gottheit hinter dem Weltgebäude, sagt Schiller, so steht der naive Dichter hinter seinem Werke.

Der sentimentale Dichter dagegen reflectirt über den Eindruck, den der Gegenstand auf ihn macht. Der moderne Dichter gibt uns mehr das, was er bei einem Gegenstande fühlt, (es ist sentimental, id quod sentit poeta) als den Gegenstand selbst. Der Gegenstand in einem modernen Kunstwerke erscheint blos als ein reflectirtes Bild, dessen Licht gleichsam durch den Schatten der Subjectivität gehoben wird (pittoresk). Wir sehen beim Lesen eines modernen Kunstwerkes, darin nicht so das Object als vielmehr die Rührung, in die der Gegenstand den Dichter versetzt hat, d. i. den Dichter selbst (subjectiv). Der sentimentale Dichter hat es, nach Schiller's Bemerkung mit zwei streitenden Empfindungen, mit der Wirklichkeit als Gränze, und mit seiner Idee als dem Unendlichen zu thun, und das vermischte Gefühl, das er erregt, wird immer von dieser doppelten Quelle zeugen. Und in wiefern er die Wirklichkeit als einen Gegenstand der Abneigung, oder seine Idee als einen Gegenstand der Zuneigung ausführt, ist seine Darstellung entweder satyrisch oder elegisch.

Obwohl das Naive den eigentlichen Charakter der antiken Poesie, und das Sentimentale der modernen überhaupt bezeichnet; so findet man doch (bei den Alten noch häufiger als bei den Neuern) auffallende Ausnahmen. So sind z. B. Euripides, Aristophanes, Lucian — Horaz, Tibull, Juvenal, Persius u. A. mehr sentimental als naiv, dagegen Goethe, Voß, Gaal, Walter Scott u. A. mehr naiv als sentimental.

Als romantische Dichter werden vorzüglich nahmhaft gemacht: Shakespeare, Schiller, Herder (in seinen Legenden), Tieck, Klinger (im Faust der Morgenländer) und Goethe (im Wilhelm Meister).

Höchst treffend charakterisirt der geniale Richter die humoristische Poesie, oder das romantische Komische nach vier Hauptbestandtheilen. Diese sind: a) die Totalität des Humors oder humoristische Totalität, wo nicht das einzelne (die einzelnen Thorheiten), sondern Alles, das Endliche (die Thorheit, die tolle Welt) durch den Contrast mit der Idee, vernichtet wird.

b) Die vernichtende oder unendliche Idee des Humors, als eines umgekehrten Erhabenen.

c) Die humoristische Subjectivität (der komische Gebrauch des Ichs; und

d) Die humoristische Sinnlichkeit, welche alles bis ins Kleinste individualisirt, selbst die Theile des schon Individualisirten. Der Komiker heftet uns enge ans sinnlich Bestimmte.

(Siehe Jean Paul Vorschule der Aesthetik.)

§. 4.

Reichhaltigkeit der dichterischen Sprache *)

Reichhaltigkeit ist ein wesentliches Erforderniß des poetischen Styls. Reichhaltig ist aber die Sprache des Dichters, wenn sie einen Hauptgedanken mit seinen feinsten Nebenzügen und Schattirungen anschaulich ausdrückt. Sie besteht daher, wie das von ihr dargestellte Schöne selbst aus den Hauptbestandtheilen: Einfachheit und Mannigfaltigkeit. Der Dichter kann sich daher nicht, wie es von der guten Prosa gefordert wird, auf eigenthümliche Worte beschränken, weil diese gewöhnlich nur einen Hauptgedanken richtig und genau bezeichnen; er muß sich auch der bildlichen Ausdrücke, d. i. des tropischen Styls bedienen, ohne jedoch alles mit Tropen zu überladen. Der poetische Styl muß also, so wie zwischen Einfachheit und Mannigfaltigkeit, eben so auch zwischen eigenthümlichen und bildlichen Ausdruck die Mitte halten.

Ein treffliches Beispiel von wahrhaft poetischer Sprache gibt in dieser Hinsicht das folgende Gedicht von Goethe.

Das Göttliche.

Edel sey der Mensch,
Hülfreich und gut:
Denn das allein
Unterscheidet ihn
Von allen Wesen,
Die wir kennen.
Heil den Unbekannten
Höhern Wesen
Die wir ahnden;
Sein Beispiel lehr' uns
Jene glauben.
Denn unfühlend
Ist die Natur,
Es leuchtet die Sonne
Ueber Bös' und Gute,
Und dem Verbrecher
Glänzen wie dem Besten
Der Mond und die Sterne.

Wind und Ströme,
Donner und Hagel
Rauschen ihren Weg,
Und ergreifen
Vorüber eilend
Einen um den Andern.

Auch so das Glück
Tappt unter die Menge,
Faßt bald des Knaben
Lockige Unschuld,
Bald auch den kahlen
Schuldigen Scheitel.

Nach ewigen ehr'nen
Großen Gesetzen
Müssen wir Alle
Unseres Daseyns
Kreise vollenden.

---

*) Ueber den Unterschied des hohen und echten poetischen Styls in der Dichtkunst, von dem Afterstyl in derselben lese man Humboldt in seinen ästhetischen Versuchen.

Nur allein der Mensch
Vermag das Unmögliche:
Er unterscheidet,
Wählet und richtet;
Er kann dem Augenblick
Dauer verleihen.
Er allein darf
Dem Guten lohnen,
Den Bösen strafen;
Heilen und retten,
Alles Irrende, Schweifende,
Nützlich verbinden.

Und wir verehren
Die Unsterblichen,
Als wären sie Menschen,
Thäten im Großen,
Was der Beste im Kleinen
Thut oder möchte.
Der edle Mensch
Sey hülfreich und gut!
Unermüdet schaff' er
Das Nützliche, Rechte,
Sey uns ein Vorbild
Jener geahndeten Wesen!

§. 5.

Die äußere Poesie besteht im Sylbenmaaße, Versbaue und Reime.

Der Inbegriff der mechanischen Regeln der äußern Poesie, d. i. was den äußern Bau der Verse, die Länge und Kürze der Sylben, und die verschiedene Beschaffenheit und Benennung des daraus entstehenden Sylbenmaaßes betreffen, heißt die Prosodie, und macht einen Theil der Sprachlehre aus.

Da indeß der poetische Wohlklang von der Beobachtung dieser prosodischen Regeln größtentheils abhängt, und dieser Wohlklang zur Verstärkung des sinnlichen Eindrucks sehr viel beiträgt; so dürften die vornehmsten und allgemeinsten Vorschriften dieser Art in der Poetik nicht ganz übergangen werden.

§. 6.

Prosodie.

Prosodie ist die Lehre von den Quantitäten (Längen und Kürzen) der Sylben, welche nicht unabänderlich dieselben bleiben, sondern, und zwar insbesondere in der deutschen Sprache relativ sind nach ihrer Stellung neben andern Sylben; da es absolute Kürzen nicht gibt, und auch nicht geben kann.

Im Allgemeinen ist hierüber so viel bestimmt festgesetzt.

Längen geben:

a) Die verdoppelten gleichlautenden Vocale, wie in dem Worte: die Beere.

b) Sylben mit Dehnungszeichen, wie: Trieb, ohne.

c) Sylben mit Doppellauten, wie: laufen, verweilen.

d) Sylben, worin mehre Consonanten zusammentreffen, wie in den Wörtern: Zeitvertreib, Vervollkommnung.

Sprachen, welche dieses Sylbengewicht (Sylben-Quantität) vorzugsweise berücksichtigen, werden quantitirende genannt, wie die griechische und die lateinische, und unter den neueren diejenigen, worin die Vokale vorherrschen; dagegen man accentuirende Sprachen diejenigen nennt, die, indem die Consonanten ihr vorherrschender Theil sind, die verweilende Länge den accentuirten und Begriffssylben geben. So ist die deutsche Sprache eine Begriffssprache, und betont in jedem Worte die Begriffssylbe, wie z. B. in den Wörtern: Begriff, verwunden, entsprechen, Gewinn ꝛc.

Manche Sylben werden nur durch ihre Stellung (Position) zu Längen. Dieß frommt insbesondere der deutschen Sprache, die an Spondäen (– –) einen Mangel leidet, obschon man demselben in neuern Zeiten abhalf, theils durch zusammengesetzte Worte, wie Nachtgraun, Waldstrom, theils durch die Stellung des Zeitwortes zum Substantiv, z. B. Der ihm ins Gesicht starrt.

§. 7.

Der Rhythmus.

Die wahre Bedeutung dieses Wortes findet man (besser als schulgerechte Definitionen sie angeben) durch die Vergleichung mit ähnlichen Dingen. Wie man also die zu einem Ganzen verbundenen Theile der im Raum existirenden Anschauungen Figuren nennt, so nennt man die zu einem Ganzen verbundenen Theile, welche in der Zeit (Zeitfolge) aufgefaßt und vernommen werden, den Rhythmus. So z. B. gibt die Trommel nur Rhythmen ohne Tonverhältniß. Außerdem läßt sich der Rhythmus auch mit dem vergleichen, was man in der Musik die Melodie nennt, die man leicht behält, und in jeden Tonstück wieder erkennt, der Tonsetzer mag sie in derselben Harmonie oder in einer andern, in dieser oder jener Tactbewegung, auf diesem oder jenem Instrument wiederhohlen lassen. Ehemals hat man das Metrum mit dem Rhythmus verwechselt, da doch letzterer eine gesetzliche aber freie Bewegung der Tonfolge, ersteres aber ein auf diese Tonfolge gegründetes und zu berechnendes Maß ist. Was man sonst die poetische Prosa nennt, wie z. B. in Geßners idyllischen und epischen Gedichten, ist Rhythmus ohne Metrum.

§. 8.

Wortklang.

Die dichterische Sprache unterscheidet sich von der eigentlichen Prosa, ihrem musikalischen Wesen nach, auch durch einen

besondern, für die Sinne gefälligen und ausdruckvollen Klang der Worte. Hieher gehört:

1. Der Tonausdruck oder die Nachahmung eines Gegenstandes durch den Schall der Wörter;

2. Der eigentliche Wohlklang, und

3. Der Reim oder die periodisch wiederkehrende Aehnlichkeit im Klange der Endsylben.

Der malerische Ton-Ausdruck darf nur bei Beschreibungen, und auch da nur bei solchen Statt finden, wo die Aufmerksamkeit auf das Sinnliche gerichtet, und der Schall in der Natur nicht gleichgültig ist. Ein schönes Beispiel von Ton-Aurdruck gibt Virgil:

Continuo, ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, et aridus altis
Montibus ardiri frigor, aut resonantia longe
Littora misceri, et nemorum increbescere murmur.
Georgic. I. v. 356.

Der Wohlklang gründet sich theils auf den mehr oder minder musikalischen Charakter der Vocalen und Consonanten, theils auf ihr beiderseitiges Verhältniß zur Musik.

In der natürlichen Tonleiter der Vocale ist das i der höchste, das u der tiefste Ton; beide sind nicht so musikalisch als die Mitteltöne, insbesondere a und o, welche in der griechischen und italienischen Sprache vorherrschen. Je mehr Modifikationen eine Sprache in den Vocalen zuläßt, desto musikalischer und wohlklingender ist sie. Beispiel von Wohlklang:

Canto l'armi pietose e 'l Capitano,
Che 'l gran sepolcro libero di Christo.
(Tasco Gerusal. lib.)

Perlenhell vom Thaugefunkel
Stand dein ganzer May, o Flora;
Hell wie Purpur, sank Aurora
Sanft im Dunkel
Zum Ocean. Voß.

Gleich den Vocalen sind auch die Consonanten mehr oder weniger musikalisch. Die vier sogenannten flüssigen Mitlauter (consonantes liquidæ): l, m, n, r geben einen leichteren Uebergang aus einem Ton in den andern, doch ist das r für das Organ der schwerste Buchstabe, n aber unter den Consonanten, was o unter den Vocalen ist; beide zusammen geben den schönsten Laut, wie z. B. in Tasso's Eingange zum befreiten Jerusalem: O Musa, tu, che di caduchi allori non circondi la fronte in Elicona. Die weichen oder gelinden Mitlauter s, b, w, g, d, theilen sich leichter mit als die harten z, p, f, ch, k, t.

Nebst dem Charakter der einzelnen Consonanten, kommt auch viel auf ihre Zusammensetzung an, wobei insbesondere ihre Häufung zu vermeiden ist.

Reime sind gleichlautende Wörter, d. i. die Wiederkehr gleichklingender Endsylben zweier oder mehrer Verse. z. B.

Schritt, sieht, Sieg, Klang, laben, meiden,
Tritt, flieht, Krieg, Gesang, Gaben, weiden ꝛc.

Die Alten kannten den Reim in der Anwendung, wie wir, nicht. Die ältesten Schriftsteller hatten reimlose Gedichte. So sind die Psalmen Davids ohne Reim. Die Griechen und Römer beobachteten zwar in ihren Gedichten gewisses Sylbenmaß, aber ohne Reim und gleichlautenden Klang am Ende der Verse. Ihre Sprache selbst hat schon mehr Annehmlichkeit und Harmonie. Zwar finden wir namentlich bei Ovid einzelne gereimte Verse, und es ist nicht zu verkennen, daß diese Reime absichtlich sind, aber es soll durch sie nicht der Vers, sondern der Sinn hervorgehoben werden. Die lateinischen Poesien der lateinischen Kirchenväter vom 4. Jahrhundert sind dagegen häufiger gereimt. In den sonst gewöhnlichen Hymnodien oder Kirchengesängen und andern zu diesem Zwecke gedichteten Liedern wird der Reim beibehalten. In die nordischen Sprachen wurde der Reim durch die Gothen gebracht, welche ihn aus dem Morgenlande hatten. Die alten Deutschen suchten die Rauhigkeit der Sprache durch den Reim zu mildern. Entstanden aber ist der Reim ursprünglich aus dem dunklen Gefühle, das allenthalben nach Ebenmaß, Uebereinstimmung, also auch im Klange strebt. Man wendet nemlich den Reim an, um bestimmte Sylbenreihen damit zu schließen, und durch den Gleichklang zu verbinden, das Bedürfniß dazu aber entstand unstreitig, nachdem die bestimmtere Messung der Sprachen nach Länge und Kürze verloren gegangen war, daher ist auch die Distichenform oder die Verfolgung eines und desselben Reimes gewiß seine älteste Form. Erst die Troubadours versuchten allerlei künstliche Verschränkungsarten des Reims in dem Sonett, der Canzone u. s. w. und die Spanier und Italiener brachten diese Form zur Vollkommenheit, indem ihr richtiges Gefühl ihnen anzeigte, wie weit das Ohr im Stande sey, den Reim festzuhalten, und wo er sich verliere, wobei nicht außer Acht zu lassen ist, daß nicht alles Das für unsere Sprache gelten kann, was in ihrer an volltönenden Selbstlautern reichen Sprache anwendbar und zuläßig war.

§. 9.

Für den Reim in Rücksicht auf dessen Reinheit, Klang und Wiederkehr sind folgende Hauptregeln festgesetzt:

a) Die Verse (rhytmische Reihen), welche der Reim verbinden soll, dürfen weder zu lang, noch zu weit von einander getrennt seyn, sonst kann das Ohr die Beziehung nicht fassen, und der Reim wird unnütz.

b) Mehr als drei Verse, die unter einander ohne Reim sind, dürfen ein gereimtes Gedicht oder eine Strophe nicht anfangen, weil sonst der Reim weder bemerkt noch gefaßt wird.

c) Sind drei Verse unter einander ohne Reim, und correspondiren ihnen drei andere Verse, so müssen diese sogleich folgen und am besten so, daß eine gewisse Ordnung in der Stellung der Reime den Reim unterstützt.

d) Zwischen zwei auf einander reimenden Zeilen dürfen höchstens drei andere stehen, weil man sonst den Einklang nicht mehr bemerken kann.

e) Verse, die gar keinen Reim haben, dürfen nur in so fern Statt finden, als die Beziehung der gereimten dadurch nicht zu sehr unterbrochen oder gestört wird. Am besten stehen sie also am Anfang oder zu Ende einer Strophe. Wenigstens müssen sie in dieser Strophe eine feste Stelle haben, damit sie nach einer bestimmten Ordnung wiederkehren. Hat der Dichter gar keine Strophen angenommen, so ist eine nicht gereimte Zeile immer eine Nachlässigkeit.

f) Die gereimten Verse, einzeln genommen, sollen nicht zu lang seyn, damit das Ohr sie fassen kann und sie nicht ohne Proportion gegen einander erscheinen.

